Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-147893-p0001-3
DFG

Dv 3205

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-147893-p0002-8
DFG

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-147893-p0003-4
DFG

573.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-147893-p0004-0
DFG

573
~~k.~~
~~VIII. a. 39~~
~~I Da 36~~

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK DÜSSELDORF
V 5228

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-147893-p0005-6
DFG

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-147893-p0006-2
DFG

MATERIA MEDICA

SEU

COGNITIONIS MEDICAMENTORUM SIMPLICIUM

EPICRISIS ANALYTICA

AUCTORE

F. SWEDIAUR M. D.

CUM SIMPLICIUM NOMINIBUS ET INDICIBUS

Sermone Officinali, Italico, Gallico, Germanico, Anglico, & Hispanico.

EDITIO PRIMA.

VENETIIS 1802.
APUD J. A. PEZZANA.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-147893-p0007-8
DFG

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-147893-p0008-4
DFG

EDITORIS MONITUM.

QUIBUS fuerim motus rationibus, ut nuper Parisiis editum opus, Italiæ quoque recudi curassem, sane quisque facile videbit, si attente perpendet, quanta sit necessitas systematicæ methodi in tractanda Materia Medica. Multivaga Officinalia simplicium nomina dubiam efficiebant eorum historiam, difficilem cognitionem. Dubium difficultatemque augebat diversitas nominum in variis viventibus linguis recepta. Cl. Auctor labore facile longo ac fastidii pleno vulgaria nomina, & sæpe penitus diversa ad systematica redegit. Italica omiserat, omissioni consultum ac prima editione, quo fieri potuit exactius & locupletius. Si quæ attamen inveniuntur substantiæ synonimo Ita-

lico carentes, non negligentiæ, sed linguæ defectui, vel substantiarum recentiori inventioni tribuendum.

Minoralibus non vulgo receptissima, non systematica Gallica, sed quæ Cl. Brugnatellius juxta suam novissimam Chymicæ nomenclaturæ reformationem hisce substantiis apposuit, adjunxi. Non quod crediderim hanc nomenclaturam Gallica præstare, hac usus sum: non meum est tantum proferre judicium, tantamque litem componere; sed ratus commodius utiliusque fore hac uti, ut uno intuitu lectores, non modo eam cognoscere, sed cum Gallica quoque conferre valeant. Festinanter hæc redegi, sic ut facile credam me alicubi errasse, quæ si inveneritis errata benigni lectores corrigite. Valete.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-147893-p0010-2
DFG

CONSPECTUS.

SÆCULUM fere dimidium elapsum est, quo prima Materiæ LINNÆANÆ editio prodiit, in qua auctor lingua eleganti & concisa qualitates & virtutes Vegetabilium medicas exposuit. Multæ plantæ, tunc temporis obscuræ, hodie bene cognitæ & exacte descriptæ sunt: Multa simplicia æque ac præparata, tunc penitus ignota, hodie analysi chemica exactiori stabilita, & non pauca demum quod usum & præparationem medicamentorum a Botanicis, Chemicis, & Medicis practicis aut nova inventa aut antiqua correcta fuerunt. Hæc pluribus abhinc annis sedulo & attente in diversis Europæ regionibus notare cœpi, sicque gradatim opusculum natum fuit, in quo fixa a vagis, vera a falsis, dubia a certis acutius distinguerentur, verbo, quod EPICRISIN ANALYTICAM cognitionis omnium quæ ab antiquis ad hodierna usque tempora circa qualitates, vires, & usum Medicamentorum simpliciorum, vegetabilium non solum & animalium, sed & mineralium vere cognita essent, fideliter lingua concisa & magis severe exacta quam quidem hactenus factum fuit, sub uno intuitu exhiberet. Parvulum hunc librum, ultima quantum licuit lima politum, hic publico juri trado.

Quod nomenclaturam spectat, Medicorum Europæ hodie vix ullum Botanices aut Chemiæ adeo ignarum credo, ut non mecum ardenter desideret, nomina plantarum æque ac præparatorum chemicorum pharmaceutica, vaga & sæpe absurda, ex Medicina & scriptis medicis expungere, eorumque loco magis propria & fixa substituere. Idcirco pro vegetabilibus & animalibus nomina Linnæi sy-

stematica, pro mineralibus præparatisque chemico-pharmaceuticis nomenclaturam elegantem & omnino philosophicam, ab eximiis Galliæ chemicis nuper confectam, lubens adoptavi; nullusque pronunciare hæsito, essentialem versus perfectionem scientiæ medicæ gradum poni ab epocha, qua practici ac scriptores medici terminos in arte usitatos vagos relinquere, & linguam magis fixam & rationalem in medicinam introducere cœperint.

Medici qui hodierna, in Historia naturali Physica & Chemia inventa spernunt & progressus in scientiis hisce, medicinæ vere auxiliatricibus, recenter factos ad Medicinam adplicare recusant, limites arti ponere, ejusque perfectionem minime curare videntur.

Ordinem in vegetabilibus & animalibus alphabeticum, utpote practico commodissimum; in mineralibus, systematicum cum alphabetico junctum, secutus sum.

Methodo usus sum conformi eaque compendiosissima, plantam unamquamque sub sequentibus complectens, ordine eodem semper positis, scilicet:

1. Nomen Linnæ systematicum. 2. Pars plantæ usitata. 3. Classis & Ordo sub quibus in systemate Linnæano occurrit. 4. Duratio plantæ & locus ubi naturaliter crescit. 5. Nomen pharmaceuticum s. officinale vulgo usitatum, subjuncto ubique nomine Gallico, Germanico, Anglico, &, ubi illud a latino Linnæano differt, Hispanico. 6. Qualitates physicæ, nec non principium ACTIVUM in quo præcipua plantæ virtus residet, ubicumque illud analysi chemica exacta determinatum novi. 7. Virtus medica. 8. Usus internus & externus; nec non Forma sub qua communiter propinatur. 9. Dosis. 10. Præparata.

Qualitates physicæ sunt attributa sensibus obvia, ut odor,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-147893-p0012-4 DFG

dor, sapor &c.; Chemia vero analysi principia constitutiva corporum revelat. Ubi qualitates hæ incertæ aut mihi saltem incognitæ erant, nihil potius quam vaga asserere malui.

Quod virtutes seu vires simplicium spectat, in iis admittendis circumspectiorem multo & difficiliorem me esse decuit, quam quidem hactenus generaliter a plurimis materiæ medicæ scriptoribus factum fuit: in hisce designandis quoque vocabula vaga, impropria, aut absurda omnia rejeci; fixis solum & propriis memet adstringens.

Erunt tamen fortassis quidam qui me in admittendo & numero & viribus plantarum non satis severum fuisse objicient; sed hos meminisse quæso, me non pro solis Medicis magnatum Europæ urbium, ubi optima quæque & efficacissima facile comparantur, sed pro practicis variorum climatum & regionum & qui sæpe in locis a Metropoli longe dissitis praxin exercent, librum conscripsisse. Hos non raro, præcipue dum optima ad manus non sunt, aut cum pauperibus consulendum est, plantas adhibere juvat quæ aut facilius aut meliori pretio comparantur, etsi virtute paulo inferiori gaudentes. Præterea pro varietate climatum & regionum latitudinem quandam supellectilis medicæ commodam non solum sed & necessariam esse nemo qui peregrinatus est, inficias ibit.

Cæterum, quod virtutes plantarum in genere spectat, hic pauca quædam observare placet.

Plures in Europa, præprimis in Anglia, medicos novi, qui usum vegetabilium negligunt, plantasque omnes fere, tribus quatuorve solum exceptis, ex praxi medica sine ulla artis jactura exulare posse persuasum habent. Id quidem, re propius investigata, non miror. Multæ plantæ

medicinales hodie, in pluribus regionibus prope Metropolim, præcipue lucri causa, in campis aut hortis coluntur, fumigato optime & irrigato in dies solo: Giganteæ sic nascuntur soboles, splendidissima florum varietate superbientes, sed virtute debiles aut effœtæ omnino & oleraceæ. Quid mirum si Medicus tales plantas in praxi adhibitas inefficaces inveniat, illasque ut inertes ex thesauro pharmaceutico sine damno proscribendas esse existimet; præprimis si Botanices ignarus easdem in locis natalibus ipse nunquam vidit? Judicium sane longe diversum ferret si easdem plantas in regionibus calidis, in Alpibus aut in locis demum quibuscumque, ubi natura illas sponte producit, proprio anni tempore decerptas examinasset. Hoc quidem adeo verum est ut feles noverim, quæ Valerianam officinalem sibi adeo amicam ut illam continua frictione brevi destruant, æstivo tempore dum effœta radix est, negligenter prætereant, & ne quidem intueri dignentur.

Quæ circa vires plurium vegetabilium ratione anni temporis, regionis & soli natalis mox observavi, id quoque valet ratione curæ in iisdem exsiccandis & conservandis adhibitæ. Si plantæ cæterum efficacissimæ ex solo nativo, proprio anni tempore collectæ, in sole male siccantur: vel etiam in umbra sub atmosphæra sicca & sæpius mutata probe siccatæ, dein nudæ insectorum corrosioni aut in vasis vitreis radiis solaribus expositæ adservantur, frequenter omnem omnino virtutem perdunt & pulverem terreum potius quam medicamentum æquant.

In locis præterea, ubi pharmacopolæ legibus nullis adstricti, botanices ignari aut ex aliis demum causis, plantas medicinales ipsi nunquam colligunt, sed a mulierculis

sub

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-147893-p0014-6 DFG

sub nominibus, quibus offeruntur, promiscue coemunt, sæpe fit, ut planta una pro altera vendatur; aut plantæ recentes in officinis in cumulo diutius asservatæ, fermentantes, corruptæ vel effœtæ pro parandis extractis, tincturis, etc., adhibeantur. Taceo fraudem voluntariam qua medicamenta vel inertia vel corrupta aut noxia bonis & efficacibus toties in officinis pharmaceuticis, in opprobrium Medici & perniciem ægri, sponte & impune substituuntur. Hoc cum Valeriana officinali, cum Conio maculato, cum Polypodio filice, cum Arnica montana aliisque multis non semel ipse deprehendi. Inde fit ut Medici cæterum sagacissimi sæpissime decipiantur; & inde non raro circa virtutes medicamentorum saluberrimorum male sceptici, aut omnino increduli evadant.

Quæ de viribus *simplicium mox memini*, non quidem ita *intelligi velim*, quasi causas allatas solas agnoscerem, nullasque præterea alias, cur remedia cæterum præstantissima *toties fallant*. *Probe enim novi*, Empiricos & Medicastros frequenter inefficaciæ medicamentorum adscribere, quod propriæ ignorantiæ aut judicii defectui potius attribuere deberent. Falluntur sæpe practici, quod simplicia aut inertia aut ambiguæ virtutis, vel demum farraginem medicamentorum indigestam promiscue præscribant: decipiuntur sæpissime, quod medicamenta, licet efficacissima & vere heroica, causa vel natura morbi male cognita, administrent, minime ut videtur conscii, quod ad recte medendum non sufficit ut remedia generi morbi & speciei cuique aut etiam varietatibus quibusdam apprime accommodata sint; sed quod practico præterea in adplicatione remediorum ratio primaria habenda sit Habitus ægri, id est, virium naturæ reagentium, utpote a quibus effectus

medicamentorum in corpore ægroto præprimis dependent. Hi effectus diversissimi sunt in subjecto forti aut debili, torpido aut morbose irritabili, cachectico aut antea sano; & inde fit quod remedia cæterum eximia, male aut præpostere adplicata, modo nullos, modo tremendos, aut plane exitiales producant effectus. Tyrones hinc facile mecum sentient, quod ad artem salutarem probe exercendam plura omnino requirantur, quam quidem vulgus & ægrorum & practicorum sibi communiter persuadet. Non vestitus affectatus, non frons rugosa aut faciei gravitas, nec superficiale demum pulsus, linguæ, urinæ &c. examen, aut servilis formularum imitatio & præscriptio Medicum constituunt. Ut morbi graviores debellentur, habitus ægri & natura ægritudinis probe investiganda, causæ morborum rite determinandæ, & remedia iisdem adamussim adplicanda sunt: hæc sedulam post studium multorum annorum, ad lectum ægri attentionem & meditationem, examen profundum, judicium sanum & ingenium acutissimum sæpe requirunt.

Hæ sunt qualitates quæ Medicum philosophum a practicis vulgaribus, & empiricis (spuriis heu artis filiis), linea acuta distinguunt. Hic solus novit, vires multorum medicamentorum magis certas esse, quam quidem Medicastri sibi vulgo persuadent: hic solus, quidquid contra ignari declament, convictus est, multos hodie curari morbos, quos Hippocrates suo tempore curare non potuisset, & gravissima intra paucos sæpe dies debellari mala, quæ ab ignaris non infrequenter vel frustra tentantur, vel per menses & annos misere trahuntur.

Præmissis hisce observationibus quæ Tyronibus satis inculcari non possunt, ad scopum meum redeo.

Qua-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-147893-p0016-8 DFG

Qualitates corporum sunt attributa sensibus externis evidentia, aut analysi chemica eruta.

CHEMIA partes plantarum constitutivas reserans principium eorum activum revelat: *Balsamicum; oleosum fixum, vel volatile; principium extractivum, gummosum seu mucilaginosum, resinosum, gummoso aut extractivo-resinosum*, etc.

SAPOR a lingua percipitur, & aquæ aut salivæ solubilia manifestat:

Fatua; insipida, aquosa;

Oleracea, mucilaginosa, pinguia;

Aromatica, acria, pungentia;

Calida, fervida, urentia;

Salsa, acida, austero-styptica;

Dulcia, amara, nauseosa.

ODOR nares ferit & volatilia indicat:

Inodora, fragrantia, suaveolentia;

Ambrosiaca, hircina, graveolentia;

Fœtida, tetra, suspecta.

Fidem quam merentur simplicia, interdum uno alterove vocabulo indicavi; sic quod potentiam agendi spectat: *Præstantia, eximia, heroica, suspecta, venenata*. De dubiis autem vel omnino inertibus aut nihil dixi, aut signum *(?)* adjeci. — Cæterum quod nomina virium spectat, per se facile intelliguntur fere omnia, hinc ea hic recensere superfluum esset, præcipue cum eadem ad finem operis recensita sint. Sub *Adstringentibus* vegetabilia principio adstringente seu coriario, chemicis sub nomine *acidi gallici* noto, intelligo; sub *Stomachicis* ea quæ digestioni vitiatæ medentur. *Cardiaca* appellavi, quæ motum cordis & systematis arteriosi augent; *Nervina*, quæ actionem

systematis nervosi languidam erigunt. Sub titulo *Alterantium* medicamenta intelligo quæ statum corporis cachecticum aut cacochymicum mutare valent; sub *Alexipharmacis* ea volo quæ venena in ventriculo aut intestinis hærentia aut externe per vulnera adplicata immutant aut destruunt. *Deobstruentia* denique appello remedia quæ præcipue Physconiæ abdominali medentur; *Resolventia* e contra ea quæ externe adplicata absorptionem humorum ex tumoribus topicis promovere videntur.

Quod nomina morborum spectat, quos sub usu medicamentorum adduxi, Nosologiam Culleni secutus sum, paucis exceptis. Sub *Ataxia* mobilitatem systematis nervosi morbosam intelligo; sub *Physconia abdominali* autem obstructionem viscerum non solum sed & infarctum vasorum abdominalium (morbos in praxi hodie frequentissimos) comprehendo.

Menagogum specificum nullum novi præter terrorem subitum. — Ea quæ sub hoc titulo indicavi pharmaca, naturam ad hanc evacuationem dispositam solum juvare videntur.

Signum (?) adjectum dubium indicat an remedium in dato casu revera valeat.

Dosis notata ubique; ubi aliter expressum non est, ætati mediæ convenit.

Præparatorium nonnisi efficaciorum & vere utilium memini sub titulis sequentibus: Aqua (vulgo *aqua stillatitia*); Alcohol (vulgo *spiritus plantæ*); Oleum volatile (vulgo *oleum essentiale* s. *æthereum* s. *stillatitium*); Oleum fixum (vulgo *oleum unguinosum* s. *expressum*); Tinctura; Extractum; Succus inspissatus: Conserva; Syrupus. — Composita nulla adduxi, utpote vir-

tu-

tutem ab ingrediente simplici maxime activo mutuantia.

Ad finem denique, præmissis indicibus amplis, in opere tali præprimis necessariis, indicem virium adjeci, in quo simplicia juxta virtutes quas in corpore exserunt, ordine alphabetico disposita sunt.

Et hic quidem lectores fortasse plures titulos frustra quærunt a me studio, non negligentia, omissos. Cæterum, ut supra monui, nullus sibi persuadeat, morbos simplici & servili adplicatione remediorum sub diversis titulis insertorum curari. Sed hic labor, hoc opus: Dona naturæ lectura & instructione acuuntur; defectum eorum nullus liber supplere valet. Medicamenta præstantissima, imo ipsa heroica, sæpe fallunt si promiscue ut quidem vulgo frequentissime fieri solet, nulla aut naturæ aut causæ aut stadii morbi aut habitus ægri ratione habita administrantur. Specifica, ut vocant remedia, utpote quæ morbo cuicunque fixo, semper & sub omni temperamentorum & causarum diversitate debellando paria sint, nulla agnosco. Cinchona dialeipyram non semper tollit: Syphilis, sub diversis & morbi & ægri circumstantiis, diversa omnino Hydrargyri præparata poscit; hinc sales & oxyda hujus metalli ad debellandum hunc morbum cæterum efficacissima promiscue, nulla aut ægri aut morbi status ratione habita, adplicata non raro fallunt; & Opium ipsum ex eadem causa spasmum non semper compescit, nec erethismum aut dolorem ubique sedat.

Ultimo demum Elenchum medicamentorum simplicium nuper a sagacissimo medico E. DARWIN in *Zoonomia* sua secundum novam theoriam propositum subjunxi, cujus meritum non discutio, sed practicis philosophis dijudicandum

dum relinquo; sicque opus absolvi. — Intra paucum tempus, si otium favet, Pharmacopœam Medici practici seu Epicrisin analyticam medicamentorum præparatorum & compositorum quæ a Practicis Europæ, ingenio & probitate jure celebribus, efficacissima inventa novi, publico jure tradere intendo.

DE PONDERIBUS,

ET MENSURIS PHARMACEUTICIS.

PONDERA pharmaceutica, in diversis Europæ regionibus usitata, sunt:

GRANUM (gr. j.) ITALIS un *grano*. G. *un grain*, GE. *ein grain*, A. *a grain* æstimatur pondere æquare granum piperis. Quando igitur pars grani $\frac{1}{2}$ aut gr. $\frac{1}{4}$ præscribitur, granum piperis in duas aut quatuor partes finditur.

SCRUPULUS (℈ j.) IT. uno *scrupolo*, un *denaro*. G. un *scrupule*, GE. ein *skrupel*, A. a *scruple*, continet grana viginti. In Gallia scrupulus continet grana viginti quatuor.

DRACHMA (ʒ j.) IT. una *dramma*, un *grosso*. G. un *gros* ou une *drachme*, GE. ein *quentchen*, ein *drachme*, A. a *drachm*, a *dram*, continet scrupulos tres aut grana sexaginta; in Gallia vero grana septuaginta duo.

UNCIA (℥ j.) IT. un'*oncia*. G. une *once*, GE. eine *unze*, A. an *ounce*, continet drachmas octo, seu grana 480. (a)

UN-

(a) *Dum asserit Auctor unciam 480 granis constare, procul*

Uncia semis seu dimidia (℥ß.) It. *mezz'oncia*. G. une *demi-once*, Ge. ein *loth*, eine *halbe unze*, A. *hals an ounce*, continet drachmas quatuor.

Libra medicinalis (℔ j.) It. una *libbra*. G. une *livre*, Ge. ein *pfund*, A. a *pound*; continet uncias duodecim, seu grana 5760. (*b*) — in Gallia uncias sexdecim.

Libra civilis continet uncias sexdecim.

Hæc tamen ponderum divisio, apparenter fere æqualis, pro ratione regionum multum differt. Nam Gallorum æquè ac Anglorum libra pondere superat libram Germanorum, ita ut horum libra medicinalis unciis undecim cum drachmis quinque & semis Gallorum æquivaleat; ac drachmis tribus cum scrupulis duobus & granis XIII $\frac{21}{105}$ levior sit libra Anglorum.

Pondera supra dicta, eadem ratione divisa ubique fere etiam pro determinandis liquidis inserviunt.

Men-

---

cul dubio falso decipitur calculo: nam omnibus patet unciam vel in 8, vel in 10 dividi drachmis. Ubicumque terrarum mos invaluit dividendæ unciæ in 8 partes, ibimet drachma 72 granæ habet, non vero 60, sic ut uncia 576 granis componi censeatur. In illis vero regionibus ut Bononiæ, Romæ, Neapoli & alibi, ubi 10 drachmæ unciam constituunt, ibi drachma 60, & uncia 600 granis constat. Tertia pars drachmæ, scriptulus dicta, si uncia in 8 drachmas dividitur, 24; si vero in 10 drachmas spartitur, 20 tantum grana continet.

(b) *Facile est eruere hic quoque A. falsitate principii falli: nam eo correcto non 5760, sed 6912 vel 7200 (prout in 8 vel 10 drachmas dividitur uncia) granis constare libram medicam eruitur.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-147893-p0021-4 DFG

MENSURÆ pro medicamentis siccis, præcipue herbis, usitatæ, vagæ omnino sunt:

FASCICULUS = unc. j.

N. B. juxta alios fasciculus æquivalet unciis sex aut manipulis duodecim.

MANIPULUS = unc. ß.

PUGILLUS (quantum tribus digitis capi potest) = drachm. ß vel j.

MENSURÆ pro liquidis usitatæ sunt sequentes:

Cochleare majus = unc. ß.

Cochleare minus = drach. j.

Pinta Anglorum = lib. j seu unc. xvi.

Pinta Gallorum (*Pinte*) = lib. ij. seu unc. xxxii.

Mensura una Germanorum = lib. ij — iij. — dimidia (*Nœssel*) = lib. j ß.

Mensuræ quadrans = unc. x — xii.

Congius Anglorum (*gallon*) = libris seu pintis Anglicis viij.

Cantharus Suecorum = lib. v ß.

Ex dictis patet, in genere præstare, liquida æque ac sicca, pondere potius quam mensura, præscribere.

ADPLICATIO

Novorum Galliæ ponderum & mensurarum pro usu medico-pharmaceutico.

Mensuræ novæ quæ æstimandis ponderibus in Gallia nuper in usum publicum introductæ fuerunt, communem ducunt normam a gravitate aquæ, certum quoddam volumen (ad datam temperaturam) occupantis: hocce liquidi volumen

men *definitum* est ope novarum mensurarum linearium, quæ ipsæ ex magnitudine terræ deductæ sunt, & ad longitudinem arcus meridiani, a polo ad æquatorem ducti, tanquam ad primigeniam unitatem referuntur.

Pondus centimetri cubici aquæ destillatæ, summe condensatæ, quæ ad gradum glaciei quam proxime accedit, *gramma* audit.

Pondus decimetri cubici ejusdem liquidi nuncupatur *kilo-gramma*, quod idem audit ac gramma millies repetitum.

Unitates quæ gramma subdividunt, totidem sunt grammatis fractiones decimales quæ designantur nominibus *deci-gramma*, *centi-gramma*, *milli-gramma*; quasi diceres decima, centesima, millesima pars grammatis.

A grammate ad kilo-gramma fit progressio per unitates pariter decimales; quæ sunt *deca-gramma* & *hecto-gramma*; quorum prius decem grammatibus, posterius centum grammatibus æquivalet.

Unitas decimalis quam dividit *kilogramma*, insignitur nomine *myria-gramma*; cujus interpretatio est *gramma* decies millies adsumptum.

Unaquæque ex prædictis unitatibus prostat metallo confecta, & in usum communem traditur, ponderibus quibuslibet æstimandis dicata; & ut ponderatio facilior redderetur, unicuique unitati suum Duplum, suus Semis adscribuntur.

Quæ cum ita sint, fluit series haud interrupta novorum ponderum, quorum valores partibus libræ & semi-libræ consignatos & veritati proximos subministrat tabula sequens.

Duplum myriagramma = libris 40.

Myriagramma = libr. 20.

Se-

Semi-myriagramma, aut 5 kilogrammata = libr. 10.
Duplum kilogramma = libr. 4.
Kilogramma = libr. 2.
Semi-kilogramma, aut 5 hectogrammata = libr. 1.
Duplum hectogramma = unciis 6.
Hectogramma = unc. 3.
Semi-hectogramma = unc. 1 $\frac{1}{2}$
Duplum decagramma = unc. $\frac{2}{3}$
Decagramma = unc. $\frac{1}{3}$
Semi-decagramma = unc. $\frac{1}{6}$
Duplum gramma = drachm. $\frac{1}{2}$
Gramma = drachm. $\frac{1}{4}$
Semi-gramma = granis 9 ad 10.
Duplum decigramma = gran. 4.
Decigramma = gran. 2.
Semi-decigramma, aut 5 centigrammata = grano 1.
Centi-gramma = grani $\frac{1}{5}$

Præcedentem tabulam vel leviter perlustranti facile patebit, pondus 100 libratum in vetere systemate vulgo dictum centenarium (*quintal*) idem esse cum quinque myriagrammatibus; unam libram parem esse quinque hectogrammatibus, unciam quam proxime accedere ad trientem hectogrammatis; drachmam ad quatuor grammata; granum ad semi-decigramma aut quinque centigrammata.

His probe intellectis, nullam difficultatem facessere potest conversio veterum mensuratum in novas. Hæc operandi ratio nullas medicis aut pharmacopolis moras causabit. Sat erit hic loci nonnulla referre exempla conversionum quæ magis communiter occurrunt:

Quadrans grani = 1 aut 2 centigramm.
Semi-granum = 3 centigramm.

Gra-

Granum = 5 centigrammatibus.
2 Grana = 1 decigrammati.
10 Grana = 5 decigrammatibus.
20 Grana = 1 grammati.
30 Grana = 1 $\frac{1}{2}$ grammati.
40 Grana = 2 grammatibus.
1 Drachma = 4 grammatibus.
1 Uncia = 3 decagrammatibus.
1 Libra = 5 hectogrammatibus.

Ex tabula præcedenti patet summam deci-grammatum prodire, quando granorum numerus per numerum 2 dividitur, haud aliter quam in novis monetis Gallicis decimorum (*décimes*) summa obtinetur, dum per 2 dividitur numerus assium Gallicorum (*sous*).

Hinc concluditur grana 4; 6; 8 *deci-grammatibus* 2; 3; 4: — & grana 5; 7; 9 deci-grammatibus 2 $\frac{1}{2}$; 3 $\frac{1}{2}$; 4 $\frac{1}{2}$ coæquati.

Cæterum nullus existimet, rem ad vivum resecandam esse, atque, quando præscribuntur *ex. gr.* grana duo tartari stibiati aut drachmæ duæ sulfatis magnesiæ vel unciæ duæ aquæ aut tincturæ cujuscumque, incumbere curam doses consignandi modo qui strictissime cum novis ponderibus conveniat; neminem enim fugiet, nec plus nec minus proficua fore medicamina, si in dosi deficiant aut abundent nonnullæ portiunculæ aut corpuscula, quorum præsentia aut absentia vix indicatur trutina perfectissima. Id solum curandum, ut doses consignentur numeris rotundis; hosce autem & quidem solos indicat præcedens tabula.

Quicunque forte doses ponderibus libratas novis numeris exactissime expressas noscere desiderat, illi sequentes observationes servent.

In

In superiori tabella legitur, duo grana æquivalere uni decigrammati; revera autem unum decigramma continet dumtaxat granum unum cum fractione $\frac{89}{100}$; dum ponitur ergo unum decigramma pro duobus granis in dosi quæ adhiberi intenditur, fractio $\frac{1}{10}$ deficit, quæ omnino negligi potest.

Pariter quando dicitur drachmam unam æqualem esse grammatibus quatuor, excipitur numerus fractus $\frac{1}{22}$; quatuor quippe grammata unam conficiunt drachmam cum tribus granis & grani triente; hinc, dum præscribuntur quatuor grammata pro una drachma, dosi genuinæ additur fractio $\frac{1}{22}$.

Ubi uncia pro tribus decagrammatibus accipitur, ex legitima dosi detrahitur pars $\frac{1}{51}$.

Porro quisque facile conveniet rem esse plane indifferentem, si pro grano uno pars $\frac{12}{20}$ aut $\frac{10}{20}$ grani; pro drachma una, drachma cum tribus aut quatuor granis, (75 grana pro 72 granis); pro uncia una, uncia minus granis undecim (565 grana pro 576 granis) sumantur. Hi sunt tamen limites ultra quos non excurrunt errores quos admittit computandi ratio, quæ in superiori tabella proposita fuit.

Insuper considerari meretur, in novo ponderum systemate medicis offerri modum doses accommodandi ætati & temperamentis, longe commodiorem, quam in veteri systemate; calculus enim decimalium, longe facilius quam calculus vulgaris obviam reddit rationem quam habent unitates cujusvis ordinis ad unitates ordinis superioris. Ex. gr. non ita facile videtur quid sint 20 grana ad unciam; contra, quid sit gramma hectogrammati comparatum, sine mora percipitur, nomine quo signatur unitas ordinis superio-

perioris, indicante illam esse unitatem ipsissimam ordinis inferioris centies repetitam.

Quod mensuras capacitatis pro liquidis mensurandis attinet, mensuræ novæ veteribus in præscriptionibus formularum commode substitui possunt methodo sequenti:

LITRUM (*le litre*) aquæ destillatæ æquivalet pintæ Parisinæ (*pinte*) seu libris duabus & drachmis quinque gallicis veteribus; & pondere æquat kilogramma.

SEMILITRUM (*demilitre*) æquivalet libræ uni cum drachmis duabus & semis (*chopine*).

DUPLUM DECILITRUM æquivalet unciis sex cum drachmis duabus (*quart de pinte* ou *demi-septier*) & pondere æquat duplum hectogramma.

DECILITRUM æquivalet unciis tribus cum drachma una & pondere æquat hectogramma.

SEMI-DECILITRUM æquivalet unciæ uni cum drachmis sex (*gobelet*, cyathus), & pondere æquat quinque decagrammata.

N. B. *Litrum* continet circiter 50 pollices cubicos veteres; hinc *duplum centilitrum* (*double centilitre*) respondet pollici cubico, seu drachmis quinque, seu cochlearî majori aquæ destillatæ.

Hic gradum sisto, atque præsentibus observationibus finem impono; quæ si nulla ex parte, ut spero, claudicent, medicis offerunt maximam facilitatem mensuras & pondera vetera in nova commutandi.

CANONES.

1. RADICES sero autumno, postquam folia caulesque emarcuere, vel hyeme aut primo vere antequam folia germinant, effodiantur. In delectu radicum, spongiosæ, farinaceæ, cariosæ, imprimis vero exsucco cortice tectæ rejiciantur; bonitatem enim radicum determinat perfectus torosusque corticis habitus. Quæ principiis aromaticis & resinosis prædita sunt radices, lotione non purgentur; sufficit, si de modice siccatis pulveres sordesque excutiantur. Prægrandes & succulentæ radices in taleolas dissectæ, reliquæ quales sunt, cito siccentur, aut loco calido umbroso ventis perflato, aut fornacis leni cautoque calore, siccatæ frigido siccoque serventur loco, ne situm mucoremque contrahant, aut putredine atque carie exedantur. Fragrantes vasis clausis, omnes locis umbrosis conserventur. Inquilinæ, tum succulentæ, multum gummosæ, tum etiam subtilibus aut facile avolantibus viribus præditæ, quotannis recenter legantur & arcessantur. Quibus siccatis exiguæ, recentibus vero multa virtus est, ut Cochlearia armoracia, Iridum, Ari maculati, Scillæ maritimæ, Bryoniæ albæ, illæ opportuna tempestate collectæ, sabulo sicco recondita, serventur.

2. LIGNA hyberno succidantur tempore, mox findendæ. STIPITES versus autumnum, quo tempore succo efficaci, probe cocto scatent, resecentur. CORTICES e fruticibus autumno, ex arboribus adultæ hyeme aut accedente vere, dum facillime a ligno secedunt, aut hyeme deglubantur.

3. TURIONES gemmæque primo vere, quo tempore turgidulæ sunt & ante explicationem foliorum decerpantur.

HER-

HERBAE colligantur adultæ cum foliis rite expansis, antequam flores sese explicuerint: Quæ semper virent, quovis tempore colligere licet; vernum tamen præstat. FOLIA colligenda sunt tempestate sicca, non diu post ortum solis, simul ac ros, quo noctu canescunt plantæ, solis radiis dissipatus fuerit; decerpantur vero postquam defloruit & antequam semina maturavit planta. Herbæ indigenæ quotannis recentes comparari debent; effoetæ superstites, si placet, pro sale alcalino herbarum adhiberi possunt. Exsiccatio herbarum citissime fiat, aut calido, umbroso & ab aere perflato loco, aut lento cautoque fornacis calore.

4. FLORES, absque calice & pistillo, sola corolla servata, decerpantur nuper expansi, certe antequam antherarum pollinem exploserint, eo tempore ubi radii solis rorem dissipaverint. COMA floris colligenda dum flos explicari incipit. Siccentur ut herbæ, & quidem quam fieri potest citissime.

5. SEMINA colligantur perfecte matura, dum sponte a planta secedunt, antequam excidant, locoque ab aere perflato probe siccentur, sine ignis adminiculo. Quæ capsulas, involucra etc. retinent, ea his munita serventur: Plerorumque autem seminum delectus ita instituendus est, ut aqua immittantur, & quicquid supernatat abjiciatur; quod vero fundum petit iterum siccetur. FRUCTUS nonnisi maturi decerpantur, dum pericarpia sponte sese aperire incipiunt.

In genere notandum, vegetabilia tempore anni improprio vel ex solo artificiali, non nativo, collecta, aut male siccata, & negligenter conservata effoeta sæpissime, aut plene corrupta esse; hinc a medico practico prudenti adhiberi nunquam debent nisi ex solo ubi natura eadem sponte

producit, decerpta. Alpina ex alpibus, & quæ solum sabulosum aut paludosum amant ex solo sicco arenoso aut ex humido palustri colligenda; eaque probe siccata in locis aut vasis ab accessu radiorum solarium sollicite conservanda sunt, siquidem virtutes earum in curandis morbis efficaces experiri desideramus.

MATE-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-147893-p0030-4 DFG

MATERIA MEDICA

I. VEGETABILIA EORUMQUE PRÆPARATA.

A

ACANTHUS MOLLIS. Folia; herba.
CLAS. *Didyn.* O. *Angiosp.* *Perennis; Europ. austral.*
OFFICINIS, *Branca ursina*. ITALIS, *Acanto, o Brancorsina*. GALLIS, *Pied-d'ours*, GERMANIS, *Baehrenklau*. ANGLIS, *Smooth bear's breech*. HISPANIS, *Pie de oso*.
QUALITAS: mucilaginosa,
VIRTUS: emolliens?
USUS: ambusta?
DOSIS:
PRAEPARATA:

ACHILLEA AGERATUM. Herba.
CL. *Syng.* O. *Polyg.*, *superfl.* *Perennis: Europ. austr.*
OF. *Ageratum*. IT. *Erba Giulia, o Agerato*. A. *sweet milfoil, or maudlin*.
QUAL. Odor suaveolens; sapor amaricans, aromaticus.
VIRT. Stomachica.
USUS. Dyspepsia.
DOS.

ACHILLEA ATRATA. Herba.
OF. *Genipi veri herba*. IT. *Millefoglio delle Alpi*.
QUAL. Odor aromaticus; sapor amarus.
VIRT. Stomachica.
USUS. Dyspepsia.

ACHILLEA MILLEFOLIUM. Folia. Summitates florentes;
CL. et O. *praced.* *Perennis.*

OF. *Millefolium.* IT. *Millefoglio.* G. *Millefuille.* GE. *Schaafgarbe.* A. *Milfoil; yarow.*

QUAL. In oleo volatili & extractivo amaro residens; sapor amarus, subaromaticus.

VIRT. Stomachica; leviter stimulans.

USUS *infusi*: dyspepsia; colica flatulenta; hæmoptysis; hæmorrhois; hysteria; dolor spasmodicus post partum.

DOS. Drach. ij-iij ad lib. j aquæ in infuso.

PRÆP. Extractum.

ACHILLEA MOSCHATA. Herba.

IT. *Lua Moscata.* A. *Musk-smelling. milfoil.*

QUAL. Odor moschatus.

VIRT.

USUS.

ACHILLEA PTARMICA. Radix; herba; flores.
CL. et O. *praced.* *Perennis.*

OF. *Ptarmica.* IT. *Ptarmica, o Sternutella.* G. *L'herbe à éternuer.* GE. *Wilde Bertramwurzel.* A. *Common sneezwort.* H. *Achelea ptarmica.*

QUAL. In principio resinoso residens; odor florum nauseosus; sapor radicis acris, urens.

VIRT. Errhina; sialagoga.

USUS. (Loco radicis anthemis-pyrethri) paralysis linguæ; odontalgia.

ACHRAS SAPOTA. Semen; cortex.

CL.

CL. *Hexandr.* O. *Monog.* *Arborea; Americ. merid.*

OF. *Sapotilla.* IT. *Pero salvatico.* G. *Breyapfel-baum.* A. *Common sapota.*

QUAL. *Seminum*: sapor acris; amarus. *Corticis*: amaro-stypticus.

VIRT. *Seminum*; diuretica. *Corticis*: stomachica; roborans.

USUS *seminum*: colica nephritica; dysuria. *Corticis* loco cinchonæ: intermittentes.

DOS. *Seminum*: drach. j-ij ad ℔ j. aquæ in infuso.

ACONITUM ANTHORA. Radix.

CL. *Polyand.* O. *Trig.* *Alpina.*

OF. *Anthora.* IT. *Antora*; *o Antitora.*

QUAL. Venenata; sapor acris; amarus.

VIRT. Cathartica; anthelminthica.

USUS.

DOS. *Pulveris*: drach. j.

ACONITUM CAMMARUM. Folia; herba.

CL. *Polyandr.* O. *Trig.* *Alpina; Europ. austr.*

OF. *Aconitum.* IT. *Pardalianche*, *o Cammoro.* G. *Aconit; chaperon de moine.* GE. *Blaner sturmhut; Eise nhütlein.* A. *Purple Wolfsbane; monkshood.* H. *Aconito.*

QUAL. Venenata; in principio acri residens; sapor acris; odor nauseosus.

VIRT. Præstantior napello: sudorifica; diuretica.

USUS *extracti*: Rheumatismus chronicus; amaurosis: ulcus rebelle.

PRÆP. Succus inspissatus herbæ recentis junioris (vulgò *extractum*). Gran. j-ij.

ACONITUM NAPELLUS. Herba.

CL. *et* O. *præced.* *Alpina.*

IT. *Nappello.*

QUAL. et VIRT. præced. sed debilior.

N. B. Antidotum ranunculi thoræ?

ACORUS CALAMUS. Radix.

CL. *Hexandr.* O. *Monog.* *Perennis; in locis humidis, paludosis.*

OF. *Calamus aromaticus, seu vulgaris, acorus verus.* IT. *Calamo aromatico.* G. *Acorus odorant.* GE. *Kalmus-wurzel.* A. *Sweet-acorus; sweetflag.* H. *Acoro calamo.*

QUAL. Odor fragrans; sapor acris, aromaticus, amaricans.

VIRT. Præstans: stimulans; stomachica.

USUS. Dyspepsia.

DOS. Drach. semis.

PRÆP. Extractum; conditum.

ADIANTHUM CAPILLUS VENERIS.)
——————— PEDATUM.) Herba.

CL. *Cryptogam.* O. *Filices.*

OF. *Capillus veneris.* IT. *Capelvenere, e Adianto nero.*

QUAL.

VIRT?

USUS præcipuus adianthi pedati pro syrupo capillorum veneris dicto.

PRÆP. Syrupus: G. *syrop. capillaire.*

ADONIS VERNA.)
——————— APENNINA.) Radix.

CL. *Polyandr.* O. *Polyg.*

IT.

IT. *Adonide.*

QUAL.

VIRT. Menagoga (PALLAS.)

USUS.

ÆSCULUS HYPOCASTANUM. Cortex.

CL. *Heptandr.* O. *Monog.* *Arborea.*

IT. *Castagno d' India.* GE. *Wilder kastanienbaum.* A. *Common horsechesnut.*

QUAL. Styptica.

VIRT. Adstringens.

USUS *extracti vel pulveris:* intermittentes.

PRÆP. Extractum.

DOS. Drach. j. Extracti in unc-j *aquæ cinnamomi*, cujus gutt. *lx. omni trihorio.*

ÆTHUSA MEUM. Radix.

CL. *Pent.* O. *Digyn.* *Perennis; alpina; Europ. austral.*

OF. *Meum; meu radix.* IT. *Meo, finocchiana.* A. *Common spignel or. bawd-money.*

QUAL. In oleo volatili et principio resinoso residens; sapor acris, aromaticus, calefaciens.

VIRT. Stimulans; carminativa.

USUS. Tertiana; asthma pituitosum, leucorrhæa.

AGARICUS MUSCARIUS.

CL. *Cryptogam.* O. *Fungi* *In sylvis.*

IT. *Agarico rosso comestibile, Uovolo, Cocco maledetto.*

QUAL. Venenata.

VIRT. Cathartica; sudorifica.

USUS *succi inspissati;* vulgo ad necandas muscas.

USUS

USUS *internus*: Epilepsia; paralysis à morbis cutis retro-pulsis. *Externus* pulveris inspersi: ulcus malignum; gangræna.

DOS. Pulveris gran. x-xxx. cum aceto pro dosi.

N. B. Pars terræ insidens sola, autumno colligenda, mundata, siccata; & pulverisata in vasis probè clausis usui servetur.

AGAVE AMERICANA.

CL. *Hexandr.* O. *Monog.*

IT. *Agave*.

USUS *decocti foliorum*: *Syphilis*.

DOSIS: unc. j ad libr. I aquæ.

AGRIMONIA EUPATORIA. Herba.

CL. *Dodecand.* O. *Digyn.* *Perennis*.

OF. *Eupatorium veterum*; *agrimonia*. IT. *Agrimonia*; *Eupatorio*. G. *Aigremoine*. GE. *Odermennige*. A. *Common agrimony*.

QUAL. Substyptica.

VIRT. Subadstringens.

USUS.

AJUGA PYRAMIDALIS. Herba.

CL. *Didyn.* O. *Gymnosp.* *Biennis*; *in nemorosis siccis*.

OF. *Herba consolidæ mediæ seu Bugulæ*. A. *Mountain bugle*.

QUAL. Amara; substyptica.

VIRT. Subadstringens.

USUS.

ALCEA PURPUREA. Flores.

CL.

CL. *Monadelph.* O. *Polyandr.*

IT. *Malva Salvatica.*

QUAL.

VIRT.

USUS chemicus, ut eximium reagens.

ALCEA ROSEA. Flores.

CL. & O. *praced.* *Perennis; Asiatica; hortensis.*

OF. *Malva arborea.* IT. *Alcea; Malvoni.* GE. *Stockrosen.* A. *Common hollyhook.*

QUAL. Fatua; mucilaginosa.

VIRT. Involvens; emolliens.

USUS *infusi* forma gargarismatis: cynanche.

ALCHEMILLA VULGARIS. Herba; radix.

CL. *Tetrandr.* O. *Monog.* *Perennis.*

OF. *Alchemilla.* IT. *Alchimilla, Stellaria, o Piede di Leone.* G. *Alchemille.* GE. *Frauenmantel; sinau.* A. *Common ladiesmantle.* H. *Alchemila vulgar; o pie de leon.*

QUAL. inodora: styptica.

VIRT. Adstringens.

USUS.

ALLAMANDA CATHARTICA. Folia.

CL. *Pentand.* O. *Monog.* *Frutex scandens; Guiana.*

A. *Willow leaved allamanda.*

QUAL. Lactescens; amara.

VIRT. Cathartica; stomachica.

USUS *infusi*: colica pictonum.

ALLIUM CEPA. Radix recens; succus radicis.

CL.

CL. *Hexand.* O. *Monog.* *Biennis*.

OF. *Cepa*. IT. *Cipolla*. G. *Oignon*. GE. *Zwiebel*. A. *Common onion*. H. *Ajecebolla*.

QUAL. *Recentis*: odor peculiaris, *alliaceus* dictus, volatilis; sapor acris.

VIRT. Diaphoretica; anthelminthica; flatulenta; aphrodisiaca; diuretica rubefaciens. *Radicis cocta*: emolliens; maturans. *Assata*: stimulans.

USUS *externus succi*: otalgia; dysecœa rheumatica. *Radicis* forma cataplasmatis: phlegmone; bubo; varix ani.

ALLIUM SATIVUM. *Radix recens*; ejusque succus.

CL. & O. *praced.* *Perennis*.

OF. *Allium*. IT. *Aglio*. G. *Ail*. GE. *Knoblauch*. A. *Cultivated leek*. H. *Ajo sativo*.

QUAL. In principio acri & pauco oleo volatili residens; odor alliaceus, volatilis; sapor acris, subcausticus.

VIRT. Præstans: diuretica; diaphoretica; anthelminthica; rubefaciens; maturans.

USUS *succi externus*: dysecœa; herpes; clavus. *Radicis recentis*, *vel succi*: quartana; dyspepsia; hydrops; asthma pituitosum; scorbutus.

ALOE PERFOLIATA.
——— SPICATA.
Aliæque VARIETATES. } Succus extractivo-resinosus inspissatus.

CL. *Exandr.* O. *Monog.* *Perennis*; *Afric. Ind. occid.*

OF. *Aloë* socotrina: *succus optimus incisione foliorum obtentus in insula Socotora*. Hepatica: *vilior expressione in insula Barbadoes*. Caballina: *pars post expressionem residua*.

IT. *Aloë succotrina*; *epatica*, *caballina*. G. Ge, A. *Aloë*.

QUAL.

QUAL. *Heroica*: in principio extractivo resinoso residens; sapor intense amarus, nauseosus; odor nauseosus.

VIRT. Cathartica, intestinum rectum præcipue irritans; stomachica; menagoga; anthelminthica.

USUS *internus*: Obstipatio; pyrosis; dyspepsia; hæmorrhois suppressa. *Externus*: ulcus putridum; caries; otorrhœa; epiphora gr. j. pulv. oculo inflatum.

PRÆP. Extractum aquosum; tinctura; vinum aloëtico-alcalinum.

DOS. Succi vel ejusdem extracti aquosi gr. ij.; Tincturæ unc. semis-ij. Vini aloët. ℥j. ad unc. semis.

ALOEXYLUM VERUM (LOUREIRO.) Lignum.

CL. & O *praced.* *Arbor. Cochinchina.*

OF. *Lignum alvës S. agallochum verum.* IT. *Legno aloe.*

QUAL. *Lactescens*; venenatissima; medullitium trunci amarissimum.

VIRT. *Inebrians*, *anthelminthica*; *excorians*.

USUS. Cholera; paralysis.

DOS. Gran. xx.

PRÆP. Resina; oleum volatile.

ALTHÆA OFFICINALIS. Radix; herba.

CL. *Monad.* O. *Polyand.* *Perennis*; *in locis humidis*.

OF. *Althaa.* IT. *Malvavischio*, *Bismalva*, *o Altea.* G. *Guimauve.* GE. *Eibitch.* A. *Marshmallow.* H. *Malvavisco.*

QUAL. Mucilaginosa; insipida.

VIRT. Lubricans; emolliens.

USUS. Tussis; raucedo; stranguria. *Externus* forma enematis vel cataplasmatis: tenesmus; phlegmone; dolor.

PRÆP. Decoctum; syrupus; pasta; unguentum.

AMMI

AMMI MAJUS. Semen.

CL. *Pentand.* O. *Dygin.* *Annua; Europ. australi.*

OF. *Ammi vulgare.* IT. *Ammi, o Pepordio.* G. *L'ammi.*

QUAL. Leviter. aromatica.

VIRT. Stomachica; carminativa.

USUS.

AMOMUM. CARDAMOMUM. Semen.

CL. *Monand.* O. *Monog.* *India orientalis.*

Amomum repens. (SONNERAT.)

OF. *Cardamomum minus.* IT. *Cardamomo.* G. *Cardamome.* GE. *Kleine kardamomen.* A. *Lesser cardomom.* H. *Amom cardamomo.*

QUAL. In oleo volatili residens; sapor acris, fervidus, aromaticus, odor gratus, fragrans.

VIRT. Stimulans; calefaciens.

USUS. Dyspepsia; flatulentia; chlorosis.

PRÆP. Tinctura.

DOS. *Pulveris* gran. x-xxx. Tincturæ ℥j-ij.

AMOMUM GRANUM PARADISI. Semen.

CL. & O. *præced.* *Perennis; Guinea.*

OF. *Cardamomum majus s. maximum.* IT. *Grani di Paradiso, o Cardamomo maggiore,* G. *Amome de Madagascar.* A. *Grains of paradise.*

QUAL. In principio resinoso, magis quam oleo volatili residens; sapor urens instar piperis; odor subaromaticus.

VIRT. Eadem ac præced.

USUS.

AMO-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-147893-p0040-0 DFG

AMOMUM ZINGIBER. Radix.

CL. & O. *praced.* *Perennis; Ind. oriental.*

OF. *Zingiber s. zinziber fuscum & album.* IT. *Zenzero, e Zenzovero,* G. *Gingembre.* GE. *Ingwer.* A. *Ginger.*

QUAL. In oleo volatili & pauco principio resinoso residens; sapor acris, aromaticus, fervidus; odor gratus, subfragrans.

VIRT. Calefaciens; sialagoga; stomachica.

USUS. Dyspepsia; tussis stomachica; colica flatulenta; diarrhæa. *Externus*: uvulæ laxitas.

PRÆP. Conditum; tinctura.

DOS. Pulv. v-x-xxx. Conditi ʒj-unc. semis. Tinct. ʒj-ʒij.

AMYGDALUS COMMUNIS. Nuclei.

Varietas, a. sativa: dulcis & amara.

CL. *Icosand. O. Monog. Arborea; Europ. austr.*

OF. *Amygdala dulces & amara.* IT. *Mandorle.* G. *Amandes douces & amères.* GE. *Bittere und susse mandeln.* A. *Sweet & bitter almonds.*

QUAL. In oleo fixo unguinoso residens.

VIRT. Nutriens; involvens; emolliens.

USUS. *dulcium*: febres; tussis. *Amararum*: ebrietas; vermes.

PRÆP. Emulsio ex amygdalis dulcibus. Oleum ex dulcibus vel amaris promiscue paratum.

AMYGDALUS NANA. Nuclei.

QUAL. & VIRT. Eadem ac præced.

AMYGDALUS PERSICA. Flores recentes; nuclei.

CL. & O. *praced.* *Arborea; hortensis.*

OF.

OF. *Flores persici*. IT. *Pesca*, *Persico*.

G. *Pêcher*. GE. *Pfirsichbaum*. A. *Common peach tree*.

QUAL. *Nuclei*: oleoso mucilaginosa; odor florum peculiaris, nauseosus.

VIRT. Eadem ac amygdal. amatarum.

PRÆP. Aqua florum.

AMYRIS ELEMIFERA. Resina.

CL. *Octand.* O. *Monog.* *Arborea*; *Americ.*

OF. *Gummi Elemi*. IT. *Gomma o Resina Elemi*.

QUAL. Color pellucidus, flavescens.

VIRT. Resolvens; stimulans.

USUS *externus* in emplastris & unguentis; tumores; punctura.

AMYRIS KATAF (FOERS).

N. B. An Thus s. Oliba suppeditat?

AMYRIS GILEADENSIS.) Vide Balsamea

OPOBALSAMUM.) Meccanensis.

AMYRIS ZEYLANICA RETZIUS). Resina.)

CL. & O. *praced.* *Arborea*, *Zeylan.*

OF. *Gummi Elemi orientalis*. IT. *Gomma Elemi orientale*.

QUAL. & VIRT. Eadem ac amyr. elemiferæ.

ANACARDIUM OCCIDENTALE. Nux.

(Testæ melligo)

CL. *Enneandr.* O. *Monog.* *Arbor*; *Ind. orient.* & *Brasil.*

IT. *Noce metella*. A. *Cashew-nut*.

QUAL. *Melliginis*: nigra; urens.

VIRT. Excorians, tinctoria.

USUS.

USUS. Maculæ; impetigo; herpes.

ANAGALLIS ARVENSIS. Herba;

N. B. Colligenda antequam flores explicati sint.

Varietas: a. flore rubro, b. flore luteo.

CL. *Pentand.* O. *Monogr.* *Annua.*

OF. *Herba anagallidis rubræ.* IT. *Anagallide maschio.* GE. *Rother hünnerdarm; rother gauchheil.* A. *Red pimpernell.*

QUAL. Inodora; sapor acris, nauseosus.

USUS. Epilepsia; melancholia. *Extracti* anag. flore luteo: icterus (STOLL.)

DOS. Pulveris gr. xx. quater de die. *Extracti:* ℥j-ij. Pro infuso ʒij. ad ℔j. aquæ.

ANAGYRIS FŒTIDA. *Folia; semen.*

CL. *Dec.* O. *Monog.* *Frutex; Europ. austr.*

IT. *Anagiri.*

QUAL. *Odor teter, fœtidus; sapor amarus.*

VIRT. Cathartica; menagoga.

USUS.

ANCHUSA OFFICINALIS. Radix; herba; flores.

CL. *Pent.* O. *Monog.* *Perennis.*

OF. *Buglossum.* IT. *Buglossa.* G. *Buglosse.* GE. *Ochsenzunge.* A. *Officinal bugloss.*

QUAL. Mucilaginosa.

VIRT.

USUS.

ANCHUSA TINCTORIA. Radix.

CL. & O. *praced.* *Perennis; Europ. austr.*

OF. *Alcanna spuria s. vulgaris*. IT. *Ancusa*.

G. *Orcanette*. GE. *Rothe ochsenzunge*. A. *Alkanet, or dyer's bugloss*. H. *Anchusa de tinte*.

QUAL. Rubra.

VIRT. Tinctoria.

USUS.

ANDROPOGON NARDUS. Fibræ radicis.

CL. *Polyg.* O. *Monæ.* *Perennis; Ind. orient.*

OF. *Spica nardi. s. spicæ indicæ radix*. IT. *Nardo Indiano, o Spico nardo*.

QUAL. *Eximia*: odor *fragrans*; *sapor actis*; amaricans.

VIRT. Cardiaca; stomachica.

USUS: Asthenia; Dyspepsia.

ANDROPOGON SCHŒNANTHUS. Herba.

CL. & O. *praced.* *Perennis; Arabia.*

OF. *Herba schœnanthi*. IT. *Giunco odoroso*.

QUAL. Odor fragrans; sapor amaricans.

VIRT. Carminativa; menagoga.

USUS.

ANEMONE HEPATICA. Herba; flores.

CL. *Polyand.* O. *Polyg.* *Perennis; montana.*

OF. *Hepatica nobilis*. IT. *Anemolo, o Anemone Epatica*. A. *Hepatica*.

QUAL. Inodora; insipida.

VIRT.

USUS.

ANEMONE NEMOROSA. Herba; flores recentes.

CL.

CL. & O. *praced.* *Perennis.*

IT. *Anemolo.* GE. *Waldanemone.* A. *Woodanemone.*

QUAL. Venenata; in principio acri volatili residens.

VIRT. Corrodens.

USUS *externus* loco cantharidum: cephalaea; tertiana; arthrodynia rheumatica; ischias.

ANEMONE PRATENSIS. Herba; flores.

CL. & O. *praced.* *Perennis; in locis nemorosis; montanis; arenosis.*

OF. *Pulsatilla nigricans.* IT. *Pulsatilla nericante.* G. *Pulsatille; coquelourde.* GE. *Kuchenschelle.* A. *Pasqueflower or meadow anemone.*

QUAL. Venenata; in principio acri residens; acerrima.

VIRT. Corrodens; *rubefaciens;* resolvens; diuretica.

USUS *succi inspissati*: amaurosis; paralysis. *Externus*: ulcus; herpes; caries.

PRÆP. Succus inspissatus *vulgo extractum*; infusum.

DOS. *Extracti*: gran. j-viij; pro infuso drach. j-iij ad ℔ j aquæ.

ANETHUM FŒNICULUM. Semen.

CL. *Pentand.* O. *Digyn.* *Biennis vel perennis; hortensis.*

OF. *Semen fœniculi. s. fœniculum dulce.* IT. *Finocchio dolce.* G. *Fenouil;* ou *anis doux.* GE. *Fenchel-saamen.* A. *Common fennel; sweet fennel-seed.* H. *Eneldo hinojo.*

QUAL. Præstans: in oleo volatili, non acri, residens, odor teter; sapor dulcescens, aromaticus.

VIRT. Carminativa; lactifera; resolvens.

USUS. Dyspepsia; flatulentia; colica infantum: defectus lactis; ophthalmia.

DOS. Pulv. gran. xx; pro infuso drach. ij-iij ad ℔j. aquæ.

ANETHUM GRAVEOLENS. Semen; herba.

CL. & O. *præced.* *Annua; hortensis.*

OF. *Anethum.* IT. *Aneto.* G. *Aneth* ou *fenouil puant.* A. *Common-dill.* H. *Eneldo de olor pesado.*

QUAL. Præstans: odor teter; sapor subaromaticus.

VIRT. Hypnotica; carminativa; lactifera.

USUS. Colica; singultus; vomitus.

PRÆP. Oleum volatile seminum; aqua; alcohol *vulg.* spiritus.

DOS. Olei volat. gutt. v-x.

ANGELICA ARCHANGELICA. Radix; folia; semen.

CL. *Pentand.* O. *Digy.* *Biennis; Alpina, passim hortensis.*

OF. *Angelica sativa.* IT. *Angelica domestica.* G. *Angelique.*

GE. *Angelwurzel.* A. *Garden-angelica.*

QUAL. In oleo volatili residens; odor fragrans; sapor acris, aromaticus, calefaciens.

VIRT. Stimulans; sialagoga; carminativa; sudorifica.

USUS. Dyspepsia; flatulentia.

PRÆP. Tinctura.

ANGELICA SYLVESTRIS. Radix.

CL. & O. *præced.* *Perennis; in locis humidis, nemorosis.*

IT. *Angelica silvestre.* A. *Wild. angelica.*

QUAL. & VIRT. Eadem ac præced. sed debilior.

ANTHEMIS COTULA. Herba cum floribus.

CL. *Syng.* O. *Polyg. superfl.* *Annua; in viis & locis asperis.*

OF.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-147893-p0046-5 DFG

OF. *Cotula foetida*. IT. *Antemide fetida*. G. *Maroute* ou *camomille puante*; A. *Stinking camomile* or *may-weed*.

QUAL. Odor fœtidus, sapor amarus.

VIRT. Antispasmodica; stomachica.

USUS. Hysteria; asthma spasmodicum.

ANTHEMIS NOBILIS. Flores.

CL. & O. *præced.* *In locis montosis*.

OF. *Chamælum nobile*; *Chamomilla Romana*. IT. *Camomilla Romana*. G. *Camomille romaine*, G. *Roemische kamillen*. A. *Common camomile*. H. *Manzanilla de Botera*.

QUAL. Eximia: in oleo volatili & extractivo amaro residens; odor suaveolens; sapor amarus.

VIRT. Antispasmodica; carminativa; stomachica.

USUS. Hysteria; colica spasmodica; flatulentia; intermittentes.

ANTHEMIS PYRETHRUM. Radix.

CL. & O. *præced.* *Perennis*, *Europ. austral.*

OF. *Pyrethrum verum*. IT. *Piretro*, *o Pilatro*. G. *Pyrethre* ou *racine salivaire*. GE. *Bertramwurzel*; *zahnwurzel*. A. *Spanisk camomile*, *or pellitory of Spain*. H. *Anthemis pelitre*.

QUAL. Præstans: in principio resinoso residens; sapor acris, penetrantissimus, urens.

VIRT. Sialagoga: errhina.

USUS *masticatorius*: odontalgia rheumatica; paralysis linguæ; tumor glandulatum salivalium.

ANTHIRRHINUM LINARIA. Herba.

CL. *Didyn.* O. *Angiosp.* *Biennis*.

OF. *Linaria*. IT. *Linaria, Urinaria, o Osiriride*. A. *Common yellow toad flax*.

QUAL. Præstans: odor hircino-urinosus; sapor subamarus.

VIRT. Diuretica; eccoprotica; alterans; resolvens.

USUS. Icterus; hydrops. *Externus*: ophthalmia; varix ani.

PRÆP. Unguentum.

APIUM GRAVEOLENS. Herba; radix; semen.

CL. *Pentand.* O. *Digyn.* *Biennis; hortensis*.

OF. *Apium*. IT. *Selleri, o Sedano*. G. *Ache des marais*. GE. *Sellery*. A. *Smallage*. H. *Apio de olor pesado*.

QUAL. Præcipue *seminum*: suspecta; in oleo volatili residens; odor subteter; sapor dulcescens.

VIRT. Diuretica; carminativa; phthiriaca.

USUS.

APIUM PETROSELINUM. Radix; herba; semen.

CL. & O. *praced.* *Biennis*.

OF. *Petroselinum*. IT. *Prezzemolo*. G. *Persil*. GE. *Petersilien*. A. *Parsley*. H. *Apio peregil*.

VIRT. *Radicis*: diuretica; resolvens, lactifuga; phthiriaca.

USUS. Icterus; dysuria; ablactatio; contusura; pediculi.

AQUILEGIA VULGARIS. Herba; flores; semen.

CL. *Polyand.* O. *Pentag.* *Perennis*.

OF. *Aquilegia*. IT. *Aquilina, Aquileja*. A. *Common colombine*.

QUAL. Venenata. *Seminum*: mucilaginosa; oleosa.

VIRT.

USUS Herbæ: icterus; morbi cutis.

ARBU-

ARBUTUS UVA URSI. Folia.

CL. *Decand.* O. *Monogyn.* *Fruticosa; Europ. sept. in collibus arenosis.*

OF. *Uva ursi.* IT. *Uva orsina.* G. *Arbousier trainant; bousserole.* GE. *Baerentraube; sandberren; steinbeerenblaetter.* A. *Trailing arbutus, or bears-berry.* H. *Madronna uva de oso; gnayuba.*

QUAL. Inodora; sapor amaro-stypticus.

VIRT. Adstringens; diuretica.

USUS. Calculus urinarius; ulcus renum, vesicæ.

DOS. Gr. xx. drach. j-ij.

ARCTIUM LAPPA. Radix; semen.

CL. *Syng.* O. *Polyg. æqual.* *Biennis.*

N. B. Duæ varietates.

OF. *Bardana; lappa major.* IT. *Bardana, Arsio, Lappa maggiore.* G. *Bardane; gloutron.* GE. *Klettenwuszel.* A. *Smooth-headea common & woolly-headed burdock.* H. *Arcio lappa; lampazo.*

QUAL. *Radicis*: sapor dulcis, subausterus; odor nauseosus. *Seminum*: sapor intense amarus; urinam decolorans.

VIRT. *Radicis*: diuretica; alterans; *seminum*: cathartica.

USUS *decocti radicis*: morbi cutis; syphilis; arthritis?

DOS. Unc. j-ij ad ℔j. aquæ.

ARISTOLOCHIA ANGUICIDA. Radix.

CL. *Gynandr.* O. *Hexandr.* *Fruticosa; Ind. occid.*

IT. *Aristolochia anguicida.*

QUAL. Odor moscosus; serpentes fugans.

USUS *externus* succi vulneri instillati: morsura serpentum.

ARISTOLOCHIA CLEMATITIS. Radix.

CL. & O. *praced.* *Perennis.*

OF. *Aristolochia vulgaris s. tenuis, s. clematitis.* IT. *Aristologia volgare, Clematide.* G. *Aristoloche ordinaire.* GE. *Gemeine osterluzey.* A. *Upright brithwort.* H. *Aristolochia clematite.*

QUAL. Præstans: odor graveolens; sapor acris, amarus.

VIRT. Stimulans; stomachica; menagoga; resolvens.

USUS. Amenorrhæa retentionis; chlorosis; cachexiæ; cacoethes; fistula; sarcoma.

N. B. Substituitur quandoque aristolochiæ serpentariæ.

ARISTOLOCHIA LONGA.) Radix.
——————— ROTUNDA.)

CL. & O. *praced.* *Europ. austr.*

OF. *Aristolochia rotunda, longa.* IT. *Aristologia lunga, e rotonda.* A. *Long & round rooted birthwort.*

QUAL. & VIRT. Eadem ac præced.

ARISTOLOCHIA ODORATISSIMA.

CL. & O. *praced.* *Jamaic.*

A. *Sweet-scented birthwort.*

QUAL.

VIRT.

USUS.

ARISTOLOCHIA SERPENTARIA. Radix.

CL. & O. *praced.* *Perennis; Virg. & Carolin*

OF. *Serpentaria virginiana.* IT. *Serpentaria di Virginia,* G *Serpentaire.* GE. *Virginische schlangenwurzel.* A. *Virginian snakeroot.*

QUAL. Præstans: in oleo volatili residens; odor hircinus instar valerianæ; sapor aromaticus, amaricans, acris, pungens.

VIRT. Stimulans; cardiaca.

USUS. Typhus; intermittentes; sphacelus; chlorosis; amenorrhæa retentionis; morsura serpentum. *Forma gargarismatis*: cynanche atonica.

DOS. *Pulveris*: gran. x-xxx; pro infuso drach. semis. iij ad ℔j. aquæ vel vini.

ARISTOLOCHIA TRILOBATA. Stipites.

CL. & O. *præced.* *Fruticosa; Surinam, Jamaic.*

IT. *Aristolochia trilobata*. A. *Three lobed birtworth.*

QUAL. & VIRT. Eadem ac præced.

ARNICA MONTANA. Flores (*sine calice*); herba; radix.

CL. *Syng.* O. *Polyg. superfl.* *Perennis; alpina; in pratis montium.*

N. B. Foliis ovatis, integris, nervosis.

OF. *Arnica*. IT. *Arnica*. G. *Arnique*. GE. *Arnika; Wolverley; Falkraut*. A. *Arnica or german leopard's bane*. H. *Tobaco de montana*.

QUAL. Heroica: odor virosus; sapor acris, aromaticus, amaricans.

VIRT. Stimulans; diuretica; menagoga; errhina; antiseptica; resolvens.

USUS *infusi florum*: asthenia; arthrodynia rheumatica; contusura; amaurosis; paralysis; epilepsia? amenorrhæa; ischuria paralytica.

Radicis forma pulveris: diarrhœa, dysenteria; quartana; gangræna; synochus *Externus*: ulcus malignum, sphacelus.

DO

DOS. *Infusi* florum in sacculo suspensorum: drach. j-ij-iv. ad ℔j. aquæ. *Radicis pulv.* gran. v-x.

N. B. Cave ne flores substituantur aut misceantur floribus inulæ dysentericæ, hypochæridis radicatæ aut maculatæ: anthemis tinctoriæ, aliisve floribus flosculosis.

ARTEMISIA ABROTANUM. Herba, summitates.

CL. *Syng.* O. *Polyg. superfl.* *Perennis; suffructic.*

OF. *Abrotanum hortense.* IT. *Abrotano maschio.* G. *Aurone mâle; citronelle-aurone.* GE. *Stabkraut; Stabwurz; Eberraute.* A. *Common southern wood.* H. *Yerba lombriguera.*

QUAL. Præstans: odor nidorosus; sapor aromaticus, amaricans.

VIRT. *Stimulans;* stomachica; menagoga; anthelminthica.

USUS. Dyspepsia; amenorrhæa; lumbrici. *Externus* forma balnei, fotus, decocti vel infusi.

DOS. Unc. j. ad ℔j. aquæ.

ARTEMISIA ABSINTHIUM. Herba; summitates.

CL. *&* O. *præced.* *Perennis.*

OF. *Absinthium vulgare.* IT. *Assenzio.* G. *Absinthe.* GE. *Wermuth.* A. *Common wormowood.* H. *Artemisia axenjo.*

QUAL. Præstans: in oleo volatili & extractivo amaro residens; odor nidorosus; sapor intense & pure amarus.

VIRT. Stomachica; anthelminthica; antiseptica; resolvens.

USUS. Dyspepsia; intermittentes; leucophlegmatia; amenorrhœa: icterus, tinea; achor; gangræna, vermes. *Externus* forma fotus, cataplasmatis.

PRÆP. Infusum aquosum & vinosum; tinctura; extractum; oleum volatile; conserva.

DOS.

DOS. *Extracti*: drach. semis. *Conserva* unc. j.

ARTEMISIA CAMPESTRIS.

CL. & O. *præced.* *Perennis*; *alpina*.

IT. *Assenzio campestre*. A. *Field southern wood.*

QUAL. & VIRT. Abrotani.

ARTEMISIA DRACUNCULUS. Herba recens.

CL. & O. *præced.* *Perennis*.

OF. *Dracunculus*. IT. *Serpentaria*, *o Dragoncello*. G. *Estragon*. GE. *Dragon*; *kaisersallat*. A. *Taragon.*

QUAL. & VIRT. Eadem ac præced.

ARTEMISIA GLACIALIS.

CL. & O. *præced.* *Perennis*.

A. *Silky wormwood*.

QUAL. & VIRT. Eadem ac præced.

ARTEMISIA MARITIMA. Herba; summitates.

OF. *Absinthium maritimum*. IT. *Serifio*, *od Assenzio marino*. A. *Sea wormwood*.

QUAL. & VIRT. Eadem ac absinthii.

ARTEMISIA PONTICA. Herba; summitates.

OF. *Absinthium pontificum S. Romanum*. IT. *Assenzio Romano*, *o Pontico*. A. *Roman wormwood.*

QUAL. & VIRT. Eadem ac absinthii, sed debilior.

ARTEMISIA RUPESTRIS. Herba.

CL. & O. *præced.* *Perennis*; *Alpina*; *Sibirica*, *Zelandica*.

OF.

OF. *Genipi albi herba*. IT *Assenzio Alpino*.
A. *Creeping wormwood*.

QUAL. Odor grate aromaticus.

VIRT.

USUS. Febres intermittentes; amenorrhæa.

ARTEMISIA SANTONICA. Summitates ramulorum cum semine.

CL. & O. *præced.* *Perennis*.

OF. *Semen cinæ s. contra. s. Santonici s. zedoariæ*. IT. *Seme santo*; *Semenzina*. A. *Tartarian southern wood*; *or wormseed*. G. *Barbontine*; *santolina*; *poudre à vers*. GE. *Wurmsaamen*; *zwittersamen*.

QUAL. Præstans; in oleo volatili residens; odor nidorosus; sapor acris, amarus.

VIRT. *Anthelminthica*, *stomachica*.

USUS. Vermes; anorexia.

DOS. pro infantibus gran. x. drach. j. in pulvere vel electuario; drach. ij-iij. in infuso lactis.

ARTEMISIA VULGARIS. Herba; summitates.

CL. & O. *præced.* *Perennis*.

OF. *Artemisia rubra & alba*. IT. *Artemisia*. G. *Armoise ordinaire*; *herbe de St. Iaen*. GE. *Beyfuss*; St. Johannis gürtel. A. *Mugwort*.

QUAL. Præstans: odor aromaticus; sapor amaricans.

VIRT. Stimulans; stomachica; menagoga.

USUS. Tertiana.

PRÆP. Moxa.

ARUM MACULATUM. Radix recens.

Variet: A. Arum non maculatum. B. Armaculatum.

CL.

CL. *Gynand. O. Polyand.* *Perennis; in locis umbrosis, nemorosis.*

OF. *Arum.* IT. *Aro.* G. *Gouel; pied de veau.* GE. *Aronswurzel; deuscher ingwer.* A. *Wake-robin.*

QUAL. *Recentis* præstans: in principio acri, volatili residens; sapor urens. *Siccata*: farinacea; subacris.

VIRT. Stimulans; sudorifica; expectorans; cosmetica. *Rec.* Corrodens; vesicans.

USUS. Dyspepsia; cephalæa; intermittentes; asthma pituitosum; cachexiæ; arthrodynia rheumatica.

DOS. Pulveris gran. x-xx-xxx.

ARUNDO PHRAGMITIS.

CL. *Triand. O. Digyn.*

IT. *Canna.*

QUAL.

VIRT. Antisyphilitica?

USUS. *Syphilis.*

PRÆP. Decoctum ℥j-ij ad ℔ij aquæ coquendo ad colat. ℔j.

ASARUM EUROPÆUM. Fibræ radicis; folia.

CL. *Dodecand. O. Monog.* *Perennis; in locis umbrosis, nemorosis, montanis.*

OF. *Asarum.* IT. *Asaro, o Nardo rustico.* G. *Asaret; cabaret.* GE. *Haselwurzel.* A. *Common asarabacca.* H. *Asaro de Europa.*

QUAL. Heroïca: in principio acri, volatili residens; odor fragrans; sapor acris, nauseosus, amaricans.

VIRT. Emetica; cathartica; errhina; diuretica; sudorifica; menagoga.

USUS

USUS *decocti*. Hydrops; intermittentes. *Extern*. pulv. naribus attracti: cephalæa.

DOS. Pulveris: gran. x-xx-xxx; scopo errhino gran. iij-iv. cum saccharo; pro decocto drach. ij. ad ℔j aquæ, cujus unc. j. omni bihorio vel trihorio sumenda.

PRÆP. Extractum: dosis. gr. xx.

ASCLEPIAS ASTHMATICA. Radix.

OL. *Pentand. O. Digyn.* *Fruticos. Zeylan.*

IT. *Asclepiade.*

QUAL. Sapor dulci-acris, subnauseosus; odor vincetoxici.

VIRT. Subemetica; cathartica; expectorans.

USUS. Tussis; asthma pituitosum.

PRÆP. Decoctum; syrupus.

ASCLEPIAS VINCETOXICUM. Radix.

CL. & O. *præced.* *Perennis; in locis nemorosis.*

OF. *Vincetoxicum* s. *lurundinaria*. IT. *Vincitossico*. G. *Asclepiade; dompte-venin*. GE. *Schwalbenwurzel*. A. *White & yellow officinal swallow-wort*.

QUAL. Lactescens; subvenenata; odor penetrans; sapor amaricans, acris, aromaticus.

VIRT. Stimulans; diuretica; menagoga.

USUS. Hydrops?

ASPARAGUS OFFICINALIS. Radix.

CL. *Hexand.* O. *Monog.* *Perennis; hortensis.*

IT. *Asparago, o Sparagio*. G. *Asperge*, GE. *Spargel*. A. *Common asparagus*.

QUAL. Inodora; subdulcis; urinam odore fœtido imbuens, qui acido instillato corrigitur.

VIRT.

VIRT. *Recentes*: diuretica.

USUS.

ASPERULA ODORATA. Herba.

CL. *Tetrand. O. Monog.* *Perennis, in sylvis umbrosis.*

OF. *Aspergula matrisylva* s. *hepatica stellata.* IT. *Asperella.* G. *Aspergule.* GE. *Waldmeister; Sternleberkraut; Meserich.* A. *Sweet scented woodroof.*

QUAL. *Siccatæ*: odor fragrans quem infuso communicat.

VIRT. Diuretica?

USUS. Infusi aquosi vel vinosi.

ASPHODELUS RAMOSUS. Radix.

CL. *Exandr. O. Monog.* *Perennis; Europ. austr.*

OF. *Asphodelus.* IT. *Asfodelo; Asfodillo, o Astula regia.*

GE. *Goldwurzel.* A. *Branchy asphodel, or king's spear.*

QUAL. *Recentis*: acris. *Siccatæ*: mucilaginosa.

VIRT.

USUS.

ASPLENIUM CETERACH.

CL. *Cryptog. O. Filic.* *Perennis; Europæ.*

OF. *Ceterach. herba.* IT. *Erba Cetrach.* G. *Ceterac.* A. *Common spleenwort.*

QUAL. Sapor subausterus; mucilaginosus.

VIRT.?

USUS. Cachexiæ.

ASPLENIUM SCOLOPENDRIUM. Radix.

CL. & O. *præced.* *Perennis.*

OF. *Scolopendrium* s. *lingua cervina.* IT. *Scolopendro*;

Lin-

Lingua cervina. G. *Scolopendre*. A. *Hart's tongue spleenwort*.

QUAL. Substyptica?

VIRT. Subadstringens.

USUS. Cachexiæ.

ASPLENIUM RUTA MURARIA. Herba.

CL. & O. *praced.* *Perennis.*

OF. *Ruta muraria*. IT. *Ruta muria*. G. *Rhue des murailles*. A. *White maidenhair; walrue, or spleenwort*.

QUAL.

VIRT. ?

USUS.

ASPLENIUM TRICHOMANOIDES. Herba.

CL. & O. *praced.* *Perennis.*

OF. *Trichomanes* s. *dianthus ruber*. IT. *Adianto rosso*, e *Politrico*. A. *Common maidenhair or spleenwort*.

QUAL.

VIRT. Subadstringens.

USUS.

ASTRAGALUS EXSCAPUS Radix.

CL. *Diadelph.* O. *Decand.* *Perennis; Hungariæ.*

IT. *Astragalo*. A. *Hairy podded. milk-vetch.*

QUAL.

VIRT. Antisyphilitica?

USUS *decocti*: Syphilis.

DOS. *Radicis siccata concisa*: unc. i-ij ad ℔iij aquæ coquendo ad colat. ℔ij quotidie sumend.

ASTRA-

ASTRAGALUS GUMMIFER (LABISLARDIEBE.) *Mons Libanon.*

N. B. Maximam partem gummi Tragacanthæ vulgo venalis suppeditat.

ASTRAGALUS TRAGACANTHA. Gummi.

CL. & O. *præced.* *Fruticosa; orientalis & Europ. austr.*

N. B. Tragacantha Cretica. (Tournefort.)

OF. *Gummi tragacanthæ.* IT. *Gomma dragante.* GE. *Tragacanth gumi.* A. *Goatsthorn milk vetch: gum tragant.*

QUAL. Mucilaginosa.

VIRT. Involvens; obtundens.

USUS. Tussis; raucedo; stranguria.

ATHAMANTA CRETENSIS. Semen.

CL. *Pentand.* O. *Digyn.* *Perennis; Candia, alpina.*

OF. *Semen dauci cretici.* IT. *Dauco Cretico.* GE. *Mohrenkümmel.* A. *Annuel spignel.*

QUAL. Acris: aromatica.

VIRT. Carminativa; diuretica; menagoga.

USUS. Flatulentia; tussis stomachica.

ATHAMANTA OREOSELINUM. Herba; semen; radix.

CL. & O. *præced.* *Perennis; in locis montanis, siccis.*

OF. *Oreoselinum.* IT. *Oreoselino, o Appio montano.* GE. *Bergpetersilie; grundheil.* A. *Divaricated spignel.*

QUAL. Aromatica.

VIRT.

USUS.

ATROPA BELLADONNA. Folia; radix.

CL. *Pentand.* O. *Monog.* *Perennis; passim hortensis.*

OF. *Belladonna* s. *solanum lethale* s. *Sol. furiosum.* IT. *Belladonna, o Solano maggiore.* G. *Belladone.* GE. *Tollkraut.* A. *Deadly nightshade; dwale.*

QUAL. Heroica: venenata; in principio narcotico residens; odor virosus; sapor acris, substypticus.

VIRT. Narcotica; antispasmodica; resolvens.

USUS *cautus*: Mania; melancholia; epilepsia; pertussis; hydrophobia; icterus inveteratus; hydrops. *Externus*. Scirrhus; cancer; fistula; arthrodynia rheumatica; ulcus malignum.

DOS. *Pulveris folior. aut rad. siccat.* gran. j. gradatim ascendendo ad gran. vj. de die in adultis, in infantibus gran. $\frac{1}{2}$ gran. $\frac{1}{4}$ ad gran. ij-iij.

N. B. MŒNCH ad præveniendam aut curandam hydrophobiam dat *radicem* omni secundo die in aqua calida, vel cerevisia adultis gran. x xv; infantibus sex annorum gran. v: quatuor annorum gran. iij. — *Folia siccata*: adultis gran. xii-xvj. & post 48 horas gran. x-xiij. — Eadem pro infuso aquoso, scrup. j. ad unc. x. aquæ fervidæ, hujusque unc. ij. adultis dantur primis diebus, dein quotidie augendo dosin, donec siccitas & tensio faucium aut vertigo appareant. *Externus*: forma pulveris, vel cataplasmatis.

PRÆP. Succus foliorum inspissatus, vulgo *extractum*.

ATROPA MANDRAGORA. Radix.

CL. & O. *praced.* *Perennis; Europ. austr.*

OF. *Radix mandragoræ.* IT. *Mandragola.* G. *Mandragore.* GE. *Alraunwurzel.* A. *Mandrake.*

QUAL.

QUAL. Venenata: in principio narcotico residens. *Cortex radicis*: acris.

VIRT. Narcotica; antispasmodica; *corticis radic.* cathartica; menagoga.

USUS. *Pulv. radicis externus forma cataplasmatis*: Scirrhus; scrophula; tumor testiculi. *Internus*: epilepsia?

AVENA SATIVA. Semen excorticatum; farina.

CL. *Triand.* O. *Digyn.* *Annua.*

OF. *Avena.* IT. *Avena, o Vena.* G. *Gruau d' avoine.* GE. *Habergrüze.* A. *Cultivated white oat: oatmeal.*

QUAL. Insipida; farinacea.

VIRT. Demulcens; emolliens; nutriens.

USUS. Forma decocti, cataplasmatis.

AVICENNIA TOMENTOSA. Nucleus; succus putaminis.

CL. *Didyn.* O. *Angiosp.* *Arborea; utriusque India.*

OF. *Anacardium orientale.* IT. *Noce metella Orientale.*

QUAL. *Nuclei*: dulcis; oleosa. *Putaminis*: acerrima.

VIRT. *Nuclei*: nutriens. *Putaminis*: corrodens; caustica.

USUS *succi*; cum calce mixtus caracteres pannis gossypinis & linteis indelebiles imprimit. *Putaminis*: Morosis; oblivio?

B

BALSAMEA MECCANENSIS (GLEDITSCH). Balsamum.

CL. *Octand.* O. *Monog.* *Arbor; Arabia yemen. Mecca.*

CARACT. *Cal* 5-partitus. *cor.* 5-petal. æqualis, rubra. *stamin.* 10. longa calici inserta. *pistil.* 1. superum. *styl.* 1: *stigm.* obtus. *fol.* bipinnata: foliolis lanceolatis.

Amyris gileadensis, seu opobalsamum LINN.

NOMEN NATALE. Balessan.

OF. *Balsamum de mecca; opobalsamum verum; balsamum gileadense.* IT. *Opobalsamo, o Balsamo della Mecca.* G. *Beaume de Mecca.* GE. *Meckabalsam.* A. *Balsam of judda; balsam of gilead.*

OPOBALSAMUM viridescens, incisione ramulorum;

CARPOBALSAMUM expressione fructus maturi;

XYLOBALSAMUM rubescens, expressione & decoctione ramulorum obtinetur. (BRUCE.)

QUAL. Præstans: tenaci-liquida; odor fragrans, gratus; *sapor acris*, amaricans.

VIRT. Stimulans; *diuretica; cosmetica.*

USUS. Blennorrhœa; tabes; morbi pituitosi; maculæ cutis.

DOS. gutt. XV-XXX-L. cum saccharo, vitello ovi, aut haustu aquæ.

BANKSIA ABYSSINICA (BRUCE.) Flores.

CL. *Tetrand.* O. *Monog.* *Arborea; Abyssin.*

NOMEN NATALE: Cusso.

QUAL.

VIRT. Anthelminthica.

USUS *infusi*: ascarides.

DOS. Manip. j. florum ad ℔ iv. cerevisiæ per 12 horas digerendo.

BELLIS PERENNIS. Flores; herba.

CL. *Syng.* O. *Polyg. superfl.* *In pratis.*

OF. *Bellis minor.* IT. *Margheritina.* G. *Maslieben.* GE. *Gaenseblumen.* A. *Common daisy.*

QUAL.

VIRT.?

USUS. Tabes.

FER-

BERBERIS VULGARIS. Baccarum recentium succus; cortex.

CL. *Hexand.* O. *Monog.* *Fruticosa.*

OF. *Berberis.* IT. *Berbero, Trispina, o Crespino.* G. *Epine-vinette; vinetier.* GE. *Sauerdorn-beeren.* A. *Common berberry.* H. *Agracejo.*

QUAL. *Baccarum:* sapor intense acidus. *Corticis:* flava; sapor amarus.

VIRT. Refrigerans; antiseptica. *Cort.* tinctoria.

USUS. Febres acutæ; cholera. *Cort.* icterus; leucorrhœa.

PRÆP. Succus; syrupus; conditum baccarum.

BETA CICLA. Succus radicis.

CL. *Pentand.* O. *Digyn.* *Hortensis.*

OF. *Beta alba.* IT. *Bieta.*

QUAL. Sapor aquosus, dulcis.

VIRT. Errhina.

USUS.

BETA VULGARIS. Radicis succus.

CL. & O. *præced.* *Hortensis.*

OF. *Beta rubra.* IT. *Bietola, Bieta, o Sicla rossa.*

QUAL. & VIRT. Eadem ac præced.

BETONICA OFFICINALIS. Herba & flores; radix.

CL. *Didyn.* O. *Gymnosp.* *Perennis.*

OF. *Betonica.* IT. *Bettonica.* G. *Betoine.* GE. *Betonien.* A. *Wood-betony.*

QUAL. Odor nidorosus, halituosus. *Radix.* nauseosa.

VIRT. Nervina? Errhina? *Radic.* emetica.

USUS.

BETULA ALBA. Folia tenerrima; epidermis: lympha.

CL. *Monæc.* O. *Tetrand.* *Arborea*; *Europa*.

OF. *Betula*. IT. *Betula*, *o Sicla bianca*. G. *Le boulean ordinaire*. GE. *Birkenbaum*. A. *Common birch-tree*. H. *Abidulblanco*.

QUAL. *Olei*: suaveolens.

VIRT. ?

USUS. *foliorum*: Erysipelas. *Succi saccharini* (vulgo lympha dicti) terebro ex arbore primo vere obtenti: Morbi cutis; scorbutus; lumbrici.

PRÆP. *Oleum* epidermidis nigrum.

BIGNONIA OPHTHALMICA. Radix; succus expressus.

CL. *Didyn.* O. *Gymnosp.* *Frutic.* *Amer. meridion.*

QUAL.

VIRT.

USUS *succi expressi vel decocti*: ophthalmia membranarum.

DOSIS. guttula una succi vel guttula una altera decocti oculo instillatur omni mane. (CHISHOLM).

BIXA ORELLANA. Radix & fæcula ex capsulis seminum arte obtenta.

CL. *Polyandr.* O. *Monog.* *Arborea*; *India occident.*

OF. *Terra orellana* s. *orleana*. IT. *Oriana*, *terra Oriana*. G. *Rocou*. A. *Heartleaved bixa*; *or anotta*.

QUAL. *Fæculæ*: rubra; odor mucidus; sapor subamaro stypticus.

VIRT. *Radicis*: diuretica.

USUS *radicis & fæculæ*: tinctorius. Pigmentum corpori illitum contra morsus culicum munit.

BO-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-147893-p0064-5 DFG

BOLETUS IGNIARIUS. Quercui, tiliæ, aut fago putrescentibus insidens.

CL. *Cryptog.* O. *Fungi*.

OF. *Agaricus quernus* s. *agaricus chirurgorum*, s. *fungus quercinus*. IT. *Esca*, *Fungo preparato*. G. *Agaric de chêne*.

QUAL.

VIRT. Mecaniche sanguinem sistens.

USUS *externus*, ablato ab utraque parte tegmine contusus: Hæmorrhagiæ.

BOLETUS LARICINUS. Larici insidens.

OF. *Agaricus albus optimus*. IT. *Agarico del Larice*. G. *Agaric*. GE. *Lerchenschwam*.

QUAL. In principio resinoso acti residens; sapor nauscosus, amaricans.

VIRT. *Drastico-cathartica*; *emetica*.

USUS *intern.* hirudo deglutita; sudor phthysicorum. *Extern.* hæmorrhagiæ. *Pulv. inspersi*: ulcera.

DOS. Gran. ij.

BOLETUS SUAVEOLENS Salici insidens.

OF. *Fungus salicis*, *seu fungus albus salineus*. IT. *Fungo di Salcio*.

QUAL. Odor suaveolens.

VIRT.?

USUS. Mucilagine humectatus, leniter siccatus & cum alcoholis pauxillo in pulverem tritus: Tabes pulmonalis; asthma spasmodicum.

DOS. Pulveris drach. ß-ij. bis de die cum saccharo.

BORAGO OFFICINALIS. Herba & flores.

CL. *Pentand. O. Monog.* *Annua.*

G. *Bourrache*, IT. *Borragine*, A. *Common borage.*

QUAL. Oleracea.

VIRT. ?

USUS.

BRASSICA ERUCA. Semen; folia.

CL. *Tetradyn. O. Siliquos.* *Annua; montana.*

OF. *Erucæ semen.* IT. *Ruchetta, o Rucola.* G. *Roquette des jardins ou annuelle.*

QUAL. In acri volatili residens; sapor acris; fervidus, penetrans, fere ut *sinapis*.

VIRT. *Veteribus* aphrodisiaca?

USUS. Paralysis linguæ.

BRASSICA OLERACEA. Folia.

CL. *et O. praced.* *Hortensis.*

OF. *Brassica capitata alba & rubra: aliæque varietates.*

IT. *Cavolo cappuccio, bianco, paonazzo, ec. ec.* G. *Choux.* A. *Cabbage.*

QUAL. Aquosa; inodora.

VIRT.

USUS. Cocta, vel muriate sodæ condita, germanis sub nomine *Sauerkraut*: scorbutus. *Forma cataplasmatis* mammis puerperarum applicata ad coagulum lactis impediendum. *Decocti*: Raucedo; tussis; scorbutus; combustura.

BRAS-

BRASSICA RAPA. Radix recens.

CL. & O. *praced.* *Biennis; hortensis.*

OF. *Rapa.* IT. *Rapa.* G. *Weisse rüben.* A. *White turneps.*

QUAL. *Succi*: in principio sacchatino & mucilaginoso residens.

VIRT. Flatulenta; diuretica.

USUS *succi expressi*: Tabes; asthma; stranguria. *Radicis recentis forma cataplasmatis*: Pernio, podagra? *Succi*: Otalgia; aphtha.

BROMELIA ANANAS. Bacca (*vulgo fructus*); cortex exterior recens.

CL. *Hexand.* O. *Monog.* *Perennis; Americ. merid.*

OF. *Ananas fructus.* IT. *Ananasso.* A. *Queen pine-apple.*

QUAL. Odor ambrosiacus; sapor gratissime acido-dulcis, subacris.

VIRT. Analeptica. *Cortic*: menagoga.

USUS.

PRÆP. Liquor *Italis* NAJANA dictus.

BRUCEA FERRUGINEA (HERITIER). Cortex.

Brucea antidysenterica. *Abyssin.* (MILLER).

N. B. An cortex argusturæ officinarum?

NOMEN NATALE: *Wooginoos.* IT. *Corteccia d' Angustura.*

QUAL.

VIRT. Antidysenterica. (BRUCE.)

USUS. Dysenteria.

DOS. Pulveris ℥ß mane & vesper. in haustu lactis recenter mulsi, abstinendo ab omni potu post usum ejus. (BRUCE.)

BRYO-

BRYONIA ALBA. } Radix recens; succus radicis in-
——— DIOICA. } spissatus.

CL. *Monac.* O. *Syngen.* *Perennis; in sepibus.*

OF. *Bryonia.* IT. *Brionia, Vitalba, Fescera, o Rorastro.* G. *Brione; couleuvrée.* GE. *Giehtrüben; zaunrüben.* A. *White briony.* H. *Nueza blanca.*

QUAL. Præstans: in principio acri, volatili residens; sapor acris, intense amarus; odor nauseosus.

VIRT. Drastico-cathartica; diuretica, anthelminthica; menagoga. *Externus:* Rubefaciens; resolvens.

USUS forma pulveris vel infusi: Hydrops, asthma; mania; epilepsia; arthrodynia rheumatica. *Externus radicis contusæ* forma cataplasmatis: Œdema; lupia; ecchymoma.

DOS. *Pulv. radicis siccatæ:* drach. ʒjß. *Succi inspissati:* drach. ij-ʒß.

PRÆP. Syrupus ex succo recenti paratus; succus inspissatus, vulgo *extractum*.

BUBON GALBANUM. Succus gummi-resinosus incisione obtentus, inspissatus.

CL. *Pentand.* O. *Digyn.* *Perennis; Afric.*

OF. *Gummi galbanum.* IT. *Galbano.* GE. *Galbanum. Mutterharz.* A. *Long-leaved bubon.*

QUAL. In oleo volatili residens: sapor amaro-acris; odor alliaceus, penetrans.

VIRT. Stimulans; antispasmodica; menagoga; expectorans; resolvens.

USUS. Hysteria; asthma; amenorrhœa; asthenia. *Externus* scopo resolvendi aut maturandi: Tumores.

DOS. Gran. xx-ʒj forma emulsionis vel pilularum.

PRÆP. Emplastrum.

BU-

BUBON MACEDONICUM. Semen; herba.
CL. & O. *praeced.* *Biennis.*
OF. *Petroselinum Macedonicum.* IT. *Prezzemolo Macedonico.* G. *Persil de Macedoine.* A. *Macedonian bubon or parsley.*
QUAL. Sapor aromaticus, dulcescens.
VIRT. Carminativa; diuretica; menagoga.
USUS. Syphilis?

BUPLEURUM ROTUNDIFOLIUM. Herba; semen.
CL. *Pentand.* O. *Digyn.* *Annua.*
OF. *Perfoliata.* IT. *Bupleuro.* A. *Round leaved-hare ear; or thorow-wax.*
QUAL. Subaromatica.
VIRT. ?
USUS.

BURSERA GUMMIFERA.
CL. *Hexand.* O. *Monog.*
A. *Jamaica birch-tree.*
N. B. Quidam & hac planta quassiam simarubam derivant; cujus corticem virtute æmulat.

BUXUS SEMPERVIRENS. Lignum; folia.
CL. *Monac.* O. *Tetrand.*
IT. *Busso.* A. *Comon Tree Box.*
QUAL. Odor teter, fœtidus; sapor amarus.
VIRT. Sudorifica; alterans; *folior.* cathartica.
USUS *decocti*: Epilepsia, syphilis? *Olei*: Hirsuties?

CA-

C

CACHRIS ODONTALGICA. Radix.

CL. *Pentand.* O. *Digyn.*

IT. *Rosmarino coronario.* G. *Amarinte.*

QUAL. Sapor acris, urens.

VIRT. Sialagoga.

USUS loco anthemis pyrethri: Odontalgia rheumatica.

CACTUS OPUNTIA. Folia.

CL. *Icosand.* O. *Monog.* *Fruticosa; Europ. austr.*

OF. *Opuntiæ folia.* IT. *Fico d' India, Opunzia.* A. *Common Indian fig.*

QUAL. Mucilaginosa.

USUS *externus* foliorum calore mollitorum & medio dissectorum forma cataplasmatis: Dolores; dysenteria; arthrodynia.

CÆSALPINIA CRISTA.) Lignum.
——————— SAPPAN.)

OF. *Lignum Brasiliense.* IT. *Legno del Brasile.*

CALAMUS ROTANG. Resina fructum tegens.

CL. *Hexand.* O. *Monog.* *Fruticosa; Indica.*

OF. *Sanguis draconis.* IT. *Sangue di Drago.* G. *Sang dragon.*

N. B. Vide etiam dracæna draco, & pterocarpus draco, ex quibus promiscue desumitur resina draconis.

CALENDULA OFFICINALIS. Folia & flores.

CL. *Syng.* O. *Polyg. necess.* *Annua; Europ. austr.*

VAR.

VAR. A. *Flore simplici*. B. *Flore pleno*.

OF. *Calendula*. IT. *Calendola, Calta, o Fior d'ogni mese*; G. *Souci*. GE. *Ringelblumen*. A. *Common & double flowered marigold*.

QUAL. Flava; sapor amaricans.

VIRT?

USUS.

CAMBOGIA GUTTA. Succus gummi resinosus incisione ramulorum obtentus, inspissatus.

CL. *Polyand. O. Monog. Arborea; Indica*.

OF. *Gambogia; gummi gutta; gutta gamba*. IT. *Gotta gomma*. G. *Camboge; gommegutte*. GE. *Gummigutt*. A. *Gamboge*.

QUAL. *Heroica: lutea; opaca;* in principio resino-gummoso residens; insipida; inodora.

VIRT. Drastico-catharrica; diuretica; subemetica.

USUS. *Hydrops; obstipatio; tænia; icterus; quartana;* cachexiæ; morbi cutis.

DOS. Gran. iij-IV. pulveris cum saccharo triti omni tertio in hydrope. In tœnia gr. x-xx. in obstipatione gr. j-ij.

PRÆP. Tinctura dos. ℥j-ij.

N. B. Antidotum ejus est alcali.

CAMPHOROSMA MONSPELIENSIS. Herba.

CL. *Tetrand. N. Monog. Annua; Europ. austr.*

OF. *Camphorata*. IT. *Canforata*. G. *Camphrée*. A. *Hairy camphorosme*.

QUAL. Subaromatica.

VIRT. Nervina; sudorifica; resolvens.

USUS.

USUS. Hysteria; leucorrhœa; asthma; arthrodynia rheumatica; coryza.

CANELLA ALBA. Cortex interior arboris.

CL. *Dodec. O. Monog.* *Arborea: Ind. occident. Wintera canella* (PALLAS).

OF. *Canella alba*. IT. *Corteccia Vinterana spuria*. GE. *Weisser zimmt*. A. *Laurelleaved canella*.

QUAL. Aromatica; sapor leviter acris, amaricans.

VIRT. Stimulans; carminativa.

USUS. Dyspepsia.

DOS. *Drach.* ℥. j-ij in infuso: gran. xxx. in pulvere.

CANNABIS SATIVA. Semen.

CL. *Diœc. O. Pentand.* *Annua*.

OF. *Semina cannabis*. IT. *Canapa*. G. *Semences du chanvre*. GE. *Hanfsaamen*. A. *Hempseed; common hemp*.

QUAL. Præstans: in principio oleoso & mucilaginoso residens; odor virosus.

VIRT. Involvens; sedativa.

USUS *infusi aut emulsionis*: Blenorrhagia; stranguria; tussis catarrhalis.

DOSIS: unc. ℥-j. ad aquæ ℔ iv in infuso.

PRÆP. Oleum fixum.

CAPPARIS SPINOSA. Cortex radicis.

CL. *Polyand* O. *Monog.* *Fruticosa; Europ. austr.*

OF. *Capparis*. IT *Cappero, o Capparo*. G. *Capres*. A. *Prickly caper-bush*.

QUAL. Sapor amaricans, substypticus.

VIRT. Adstringens; diuretica.

USUS.

USUS. Obstipatio; physconia abdominalis; paralysis.

PRÆP. *Oleum fixum*.

CAPSICUM ANNUUM. Fructus.

CL. *Pentand.* O. *Monog.* *Annua*.

OF. *Piper Indicum*, *Hispanicum*, *Turcinum*. IT. *Pepe d' India*, *o Peperone*. G. *Capsique*; *poivre d' Indie*. G. *Spanischer*, *oder türkischer pfeffer*. A. *Cayenne-pepper*; *indian pepper or capsicum*.

QUAL. Eximia: in principio resinoso residens; sapor acris, urens.

VIRT. Stimulans; stomachica; rubefaciens.

USUS. Dyspepsia; cardialgia arthritica; coryza; intermittentes.

CAPSICUM BACCATUM. Fructus.

IT. *Pepe della Cajenna*. A. *Small fruited capsicum*. or *Bird pepper*.

QUAL. & VIRT. Eadem ac præced.

CARDAMINE PRATENSIS. Petala (*vulgo* flores) & folia.

CL. *Tetrad.* O. *Siliquos*. *Perennis*.

OF. *Flores cardamine*; *nasturtium pratense*. IT. *Cardamina*, *Cardamantina*, *o Nausturzio selvaggio*. G. *Cresson élégant*; *cresson des prés*; *passerage sauvage*. GE. *Wiesenkresse*. A. *Ladies smock*; *cuellow-flower*.

QUAL. In principio subacri residens.

VIRT. *Petalorum*: Antispasmodica. *Folior*. Antiscorbutica.

USUS *petalorum*: Convulsio; chorea.

DOSIS: pulv. petalorum scrup.j.drach. ß.

CAR-

CARDUUS MARIANUS. Semen; herba.

CL. *Syng.* O. *Polyg. æqual.* *Annua.*

OF. *Carduus mariæ.* IT. *Cardo del latte, e Cardo di s. Marta.* A. *Milk-thistle.*

QUAL. *Semin:* oleosa: *herbæ:* amara.

VIRT.

USUS. Carcinoma?

CAREX ARENARIA. Radix.

CL. *Monœc.* O. *Triand.* *Perennis; in arenosis.*

OF. *Gramen rubrum.* IT. *Carice.* G. *Laiche des sables.* GE. *Sandriedgras; rothe grasswurzel.* A. *Sea carex.*

QUAL. *Radicis recentis:* odor resinoso-terebinthinaceus; subdulcis.

VIRT. *Sudorifica; diuretica.*

USUS loco sarsaparillæ: Morbi cutis; syphilis. (GLEDITSCH).

CARICA PAPAYA. Semen.

CL. *Diœc.* O. *Decand.*

VIRT. Anthelmintica.

CARLINA ACAULIS. Radix.

CL. *Syng.* O. *Polyg. æqual.* *Perennis; alpina.*

OF. *Carolina cardopatia.* IT. *Carlina, o Cameleo bianco.* GE. *Eberwurzel.* A. *Dwarf Carlina.*

QUAL. Præstans: odor graveolens, penetrans; sapor acris, amarus, aromaticus.

VIRT. Stimulans; stomachica; sudorifica.

USUS. Physconia abdominalis; morbi cutis; hysteria?

CAR-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-147893-p0074-1 DFG

CARTHAMUS TINCTORIUS. Semen; flores.

CL. *Syng. O. Polyg. æqual.* *Perennis; alpina.*

IT. *Cartamo, Croco Ortense, o Zafferano Saracinesco.* G. *Carthame.* A. *Bastard saffran.*

QUAL. Lutea; tinctoria; sapor nauseosus.

VIRT. Cathartica; diuretica.

USUS. Tussis senilis; asthma pituitosum; icterus.

CARUM CARVI. Semen.

CL. *Pentand. O. Digyn.* *Biennis.*

OF. *Semen carvi.* IT. *Carvi, Caro, o Comino Tedesco.* GE. *Gemeiner oder Wiesenkümel; feldkümel.* A. *Common carraway-seed.* H. *Alcarovea.*

QUAL. Præstans: in oleo volatili residens; sapor aromaticus, acris, calefaciens.

VIRT. Stimulans; carminativa; lactifera; resolvens.

USUS. Colica; intermittentes.

DOSIS: *pulv.* ℈j-ʒj; *in decocto* ℥j ad aquæ ℔j.

PRÆP. Tinctura; oleum volatile.

CARYOPHILLUS AROMATICUS. Flores cum pericarpio immaturo. (*Vulgo* caryophylli).

CL. *Polyand. O. Monog.* *Arborea; Indica.*

OF. *Caryophilli aromatici.* IT. *Garofano.* G. *Giroffles.* GE. *Gewürznelken.* A. *Cloves.*

QUAL. In oleo volatili & principio acri-resinoso residens; odor gratus, fragrans, penetrans; sapor atomaticus, acris, urens.

VIRT. Stimulans; calefaciens; sialagoga; stomachica; menagoga.

USUS. Dyspepsia; paralysis linguæ; odontalgia.

DOSIS: ℈ ß-ʒj in pulvere vel infuso aquoso vel vinoso.
PRÆP. Oleum volatile.

CASSIA ALATA. Folia.
CL. *Decand.* O. *Monog.* *Fruticosa; Ind. orient. & occident.*
QUAL. Sapor amarus, nauseosus.
VIRT. Cathartica.
USUS. Herpes.

CASSIA FISTULA. Fructus; pulpa fructus.
CL. & O. *praced.* *Arborea; Ægypt. Ind. orient.*
OF. *Cassia fistula. s. Fistularis; pulpa cassiæ.* IT. *Cassia in baccelli, o in canna.* G. *Casse.* GE. *Rohrkassie.* A. *Purging cassia.*
QUAL. Sapor acidulo-dulcis, mucilaginosus, subnauseosus.
VIRT. Cathartica.
USUS: Obstipatio.
DOSIS. unc. ß-ij.

CASSIA SENNA. Folia.
CL. O. *praced.* *Fruticosa; Afric.*
OF. *Folia sennæ.* IT. *Senà Alessandrina, ed Italicà.* G. *Sené.* GE. *Sennes-blaetter.* A. *Senna or Ægyptian cassia.*
QUAL. Odor nauseosus; sapor subacris, amaricans.
VIRT. Cathartica.
USUS: Obstipatio. *Extern.* Herpes.
PRÆP. Tinctura; infusum.
DOSIS. *Pulveris.* ℈ j-ʒ ß. *Infusi:* drach. iij. IV ad ℥ VI aquæ addito semine aromatico coriandri sativi, cardamomi vel carvi, &c. *Tinctura* ʒ ß-jß.

CASSI-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-147893-p0076-2 DFG

CASSINE PERAGUA. Folia.

CL. *Pent. O. Trigyn.* *Arbor; Virgin. & Carolin.*

OF. *Folia peragua; apalachine.* IT. *Tè del Paraguai?* G. *Paraguay tea.*

QUAL. Præstans.: sapor intense amarus.

VIRT. Emetica; cathartica; diaphoretica; expectorans.

USUS. Diabetes? Colica nephritica? Morbi pituitosi pulmonum.

CEANOTHUS AMERICANUS. Stipites.

CL. *Pent. O. Monog.* *Frutex; Virgin. & Carolin.*

A. *American. Ceanothus or new Jersey-tea.*

QUAL. Rubra.

VIRT. Alterans.

USUS *pulveris externus:* ulcera syphilitica.

CENTAUREA BEHEN. Radix.

CL. *Syng. O. Polyg. frust.* *Perennis; Libanon.*

OF. *Radix Behen albi.* IT. *Ben bianco, Ghianda unguentaria.*

QUAL. Odorata; sapor acris.

VIRT.?

USUS.

CENTAUREA BENEDICTA. Folia; herba; semen.

CL. & O. *præced.* *Annua, hortensis.*

OF. *Carduus benedictus.* IT. *Cardo Santo, o Benedetto, o Erba Turca.* G. *Cardon-bénit.* GE. *Kardebenediklenkraut.* A. *Blessed thistle or centaury.* H. *Cardo santo.*

QUAL. *Herba* præstans: sapor pure & intense amarus. *Seminum:* dulcis; mucilaginosa.

VIRT. Stomachica; antacida; subemetica.

USUS *extracti*, *infusi* vel *decocti*: Dyspepsia; intermittentes; leucophlegmatia; icterus; physconia abdominal. *extern.* ecchymoma.

DOSIS *extracti*: ʒj.

CENTAUREA CALCITRAPPA. Radi ·x

CL. & O. *praeced.* *Annua.*

OF. *Carduum; carduus stellatus; centaurea stellata.* IT. *Cardo stellato.* G. *Centaurée étoilée; chardon étoilé; chausse-trappe; pignerole.* GE. *Rittersporn wurzel.* A. *Common star-centaury or thistle.*

QUAL. Sapor amatus.

VIRT. Stomachica.

USUS: Intermittentes; dyspepsia.

CENTAUREA CYANUS. Flores.

CL. & O. *praeced.* *Annua.*

OF. *Flores cyani.* IT. *Ciano minore, o Monichetta.* GE. *Blaue kornblumen.* A. *Blue bottle.*

QUAL. Cærulea.

VIRT.

USUS. Chemicus pro reagente.

CERATONIA SILIQUA. Fructus.

CL. *Polyg.* O. *Dioec.* *Arborea; Syria; Sicilia.*

OF. *Siliqua dulcis.* IT. *Carruba.* GE. *Johannis brod; Bockshorn.* A. *Carobtree, or St. John's bread.*

QUAL. Dulcis; mucilaginosa.

VIRT. Demulcens; expectorans.

USUS *decocti*: Raucedo; tussis ab acri, catarrhus.

CHAE-

CHAEROPHYLLUM SYLVESTRE. Herba

CL. *Pentand.* O. *Digyn.*

OF. *Herba cicutariæ.* IT. *Cicutaria, o Cerefoglio Silvestre.* G. *Persil d' âne.* A. *Wild chervil, or cow-weed.*

QUAL. Odor subfœtidus; sapor amaricans.

VIRT.

USUS: Physconia abdominal.

CHEIRANTHUS CHEIRI. Flores.

CL. *Tetradyn.* O. *Siliq.* *Europ. austr.; hortensis.*

OF. *Flores cheiri; viola lutea; leucoium luteum.* IT. *Leucoro, o Leucojo, e Viola gialla.* G. *Violier jaune.* GE. *Gelbe veilchen.* A. *Wild wallflower.*

QUAL. Lutea; odor fragrans; in *principio volatili residens.*

VIRT. *Nervina; narcotica.*

USUS: Dolores; amenorrhæa; icterus; physconia abdominalis.

CHELIDONIUM MAJUS. Radix; herba recens.

CL. *Polyand.* O. *Monog.* *Perennis.*

OF. *Chelidonium.* IT. *Celidonia.* G. *Chélidoine éclair.* GE. *Schell-wurzel; schwalbenkraut.* A. *Common celandine.*

QUAL. Præstans: in principio acri volatili residens; odor nauseosus; sapor amarus, acris; succus luteus.

VIRT. *Radicis recentis*: Diuretica; resolvens.

USUS *internus decocti*: Cachexiæ; tabes; icterus hydrops; morbi cutanei.

DOS. *Succi externus*: Verruca; herpes; ulcus phagedænicum; pterygium.

CHENOPODIUM AMBROSIOIDES. Herba; semen.

CL. *Pentand.* O. *Digyn.* *Mexicana.*

OF. *Botrys Mexicana seu chenopodium Mexicanum.* IT. *Ambrosia.* A. *Mexican goosefoot.* H. *Té de Espanna.*

QUAL. Eximia: odor fragrans; sapor acris, aromaticus.

VIRT. Nervina; stimulans. *Seminum*: anthelminthica; carminativa.

USUS: Paralysis; asthenia nervosa; dyspepsia; flatulentia; vermes.

PRÆP. Tinctura; infusum.

CHENOPODIUM ANTHELMINTHICUM. Semen.

CL. & O. *præced.* *Perennis; Pensylv.*

A. *Shrubby goose-foot.*

QUAL. Præstans: odor graveolento-fragrans; sapor aromaticus.

VIRT. Anthelminthica.

USUS: Lumbrici.

CHENOPODIUM BONUS HENRICUS. Herba.

OF. *Herba boni Henrici.* IT. *Spinace selvatico.* A. *Angular leaved goose-foot, or English mercury.*

QUAL. Oleracea; fatua.

VIRT. Refrigerans; eccoprotica.

USUS *externus*: Paronychia; ulcera; varix ani?

CHENOPODIUM BOTRYS. Herba.

CL. & O. *præced.* *Annua; Europ. aust.*

OF. *Herba botryos.* IT. *Botri.* G. *Botrys.* GE. *Traubenkraut.* A. *Jerusalem-oak; or cutleaved goose-foot.* H. *Bien granada.*

QUAL. & VIRT. Chenopodii ambrosioid. sed debilior.

CHE-

CHENOPODIUM RUBRUM. Herba.

OF. *Atriplex sylvestris*. IT. *Atriplice salvatico*. A. *Red goose-foot*.

QUAL. Aquosa.

VIRT.

CHENOPODIUM VULVARIA. Herba.

CL. & O. *praced.* *Annua*.

OF. *Vulvaria; atriplex fœtida* S. *Olida*. IT. *Atriplice fetido, e canino, Vulvaria, o Garosmo*. G. *Vulvaire; arroche puant; anserine fétide*. GE. *Stinkende melten; hundsmelte*. A. *Stinking goose-foot, or orache*.

QUAL. Præstans: odor fœtidus, hircinus.

VIRT. Antispasmodica.

USUS. *Hysteria*.

CHRYSANTHEMUM LEUCANTHEMUM. Herba & flores.

CL. *Syng. O. Polyg. superfl.* *Perennis; in pratis*.

OF. *Bellis hortensis*. S. *pratensis*. IT. *Occhio di Bue*. A. *Ox-eye daisy or chrysanthemum*.

QUAL. Subacris; penetrans; piperata in decocto.

VIRT. Diuretica.

USUS: Asthma; tinea?

CICHORIUM INTYBUS. Radix; herba.

CL. *Syng. O. Polyg. æqual.* *Biennis*.

OF. *Cichoreum*. IT. *Cicoria, o Radicchio*. G. *Chicorée sauvage*. GE. *Wegwart; hundlaeuft; zichorienwurzel*. A. *Wild endivy or sucory*. H. *Achicorea sylvestre*.

QUAL. *Recentis*: In succo lacteo intense amaro residens.

VIRT. Deobstruens; stomachica; diuretica:
USUS *decocti*: Icterus; dyspepsia: physconia abdomin.

CICHORIUM ENDIVIA. Herba; semen.
IT. *Indivia*, ed *Endivia*. G. *Endive*. A. *Common endive*.
QUAL. Oleracea.
VIRT. Eccoprotica.
USUS.

CICUTA VIROSA. Herba; radix.
CL. *Pentand.* O. *Digyn.* *In aquis stagnantibus, putridis.*
OF. *Cicuta aquatica*. IT. *Cicuta acquatica*. G. *Cigue aquatique*. GE. *Wasserschierling*. A. *Water hemlock*.
QUAL. Venenata; odor teter; sapor acris.
VIRT. Narcotica; resolvens.

CIMICIFUGA FŒTIDA. Herba.
CL. *Polyand.* O. *Tetragy.* *Sibirica.*
QUAL. Præstans: odor teter; sapor amarus.
VIRT. Antispasmodica; resolvens.
USUS: Ataxia; spasmi; bronchocele?

CINCHONA ANGUSTIFOLIA. (SVVARZ). Cortex.
CL. *Pent.* O. *Monog.* *Arbuscula; insula Doming.*
IT. *China di s. Domingo.*
QUAL. Sapor intense amarus, subdulcis, subaromaticus.
VIRT. Roborans; stomachica.
USUS: Febres intermittentes & remittentes; dyspepsia; asthenia.

CINCHONA CARYBÆA. Cortex.

CL.

CL. & O. *præced.* *Arborea; Ind. occident.*

OF. *China carybæa; cortex St. Luciæ; cinchona Jamaicensis.* IT. *China della Giammaica.*

QUAL. Sapor substypticus; magis amarus, sed minus aromaticus quam cinchonæ officinalis.

VIRT. Roborans; adstringens; stomachica.

USUS: Febres remittentes; intermittentes; typhus.

CINCHONA CORYMBIFERA. (FORSTER) Cortex.

CL. & O. *præced.* *Arborea; Ind. occident.*

IT. *China di St. Fé.*

Nota. Idem ac *Cortex de St. Fé* esse videtur.

QUAL. Sapor intense amarus, substypticus.

VIRT. Stomachica; subadstringens.

USUS *idem ac præced.*

CINCHONA FLORIBUNDA. (SVVARZ). Cortex.

CL. & O. *præced.* *Arborea; Ind. occident.*

OF. *Cinchina Sanctæ Luciæ.* IT. *China di St. Luciæ.*

QUAL. Sapor amarus, stypticus.

VIRT. & USUS præced.

CINCHONA MONTANA. (BADIER) Cortex.

CL. & O. *præced.* *Arbor insulæ Martinique & Guadeloupe.*

OF. *China-piton.* IT. *China montana.*

QUAL. Sapor intense amarus, stypticus.

VIRT. Emetica; cathartica.

USUS.

CINCHONA OFFICINALIS. Cortex.

CL. & O. *præced.* *Arborea; Peruviana, montana.*

OF.

OF. *Cortex peruvianus; chinchina; cortex china.* IT. *Chinachina.* G. *Quinquina.* GE. *Fieberrinde; Kinarinde.* A. *Peruvian bark.* H. *Quina; cascarilla de loxa.*

QUAL. Heroica: in principio adstringente resinoso & amaro mixto residens; sapor tenacissime amarus, substypticus.

VIRT. Antiseptica; roborans; adstringens; stomachica.

USUS. Febres atonicæ, putridæ, intermittentes, remittentes; asthenia; ataxia; spasmi; pertussis; tabes pituitosa, diarrhœa; scrophula; gangræna; sphacelus; ulcera phagedænica; arthrodynia a debilitate. *Internus & externus*: forma pulveris; extracti; electuarii; infusi in aqua *calcis, alcohole, vino, aqua*; decocti: tincturæ; fotus; cataplasmatis; ænematis: *Pulv. externus* frictione cum saliva ventri adplicatus in junioribus, omni *bihorio vel trihorio* tempore *remissionis* vel intermissionis.

DOSIS *pulveris*: gran. xv-drach. ℥-j. *Extracti*: drach. ℥-ℨij. In infuso vel decocto unc. j ad ℔ j aquæ.

CINCHONA TECAMEZ. Cortex.

Arborea; Amer. merid.

OF. *Cortex Tecamez.* IT. *Corteccia Tecamez.*

QUAL. *Cort. pulv.* Lutescens; odor aromaticus; sapor aromaticus, amarus.

VIRT. Aphrodisiaca?

USUS *decocti vel infusi*: Asthenia ex gonorrhœa vera.

CINERARIA SIBIRICA. Radix recens.

CL. *Syng.* O. *Polyg. superfl.*

QUAL.

VIRT.

USUS.

USUS. Anaphrodisia ex ebrietate (PALLAS).

CISSAMPELLOS CAAPEBA. Radix.

QUAL. Mucilaginosa.

USUS. *Dysuria; stranguria; morsura serpentum.*

CISSAMPELOS PAREIRA. Radix.

CL. *Diac.* O. *Monadelph.* *Perennis; Americ. merid.*

OF. *Pareira brava; Butua.* IT. *Pareira brava.* A. *Cissampelos.*

QUAL. Eximia: Sapor amaro-dulcis.

N. B. Hanc radicem virtute æmulat *abuta rufescens* AUBLET.

VIRT. Diuretica; alterans.

USUS. *infusi: Dysuria; calculus urinarius; icterus;* arthritis; morbi pituitosi.

DOSIS: ℥j ad ℔ij aquæ ad colat. ℔j.

CISTUS CRETICUS. Succus resinosus ex foliis exsudans.

Cistus Ladaniferus (HORT. KEVV.)

CL. *Polyand.* O. *Monog.* *Fruticosa; Europ. austr.*

OF. *Ladanum; gummi-labdanum; cistus creticus.* IT. *Ladano.* A. *Gum-cistus.*

QUAL. Resina amara; grisea; fumo grato.

VIRT. Stimulans; aromatica.

USUS *externus* ad emplastra; suffimigia.

CITRUS AURANTIUM. Fructus recens; cortex flavus; fructus; folia; flores.

CL. *Polyadelp.* O. *Icosand.* *Arborea; Europ. austr.*

N. B. Duæ varietates.

OF.

OF. *Flavedo corticum aurantiorum; folia; flores naphæ; fructus aurantii dulcis & amari; aurantia hispaliensia, curassavica.* IT. *Arancio, Scorza di Arancio, ed acqua Lanfa.* G. *Oranges.* GE. *Pomeranzen.* A. *Seville & china orange-tree.*

QUAL. *corticis florum & foliorum:* odor fragrans; sapor aromatico-amarus. *Succi:* Acidulo-dulcis, vel amaro-dulcis.

VIRT. Nervina; stimulans; stomachica. *Succi:* refrigerans.

USUS *corticis* forma pulveris, infusi, tincturæ: Dyspepsia; intermittentes; menorrhagia? *Foliorum:* Chorea; epilepsia; convulsio; hysteria.

DOSIS *pulveris corticis:* drach. ß. *Foliorum:* drach. ß-j ter quaterve de die.

PRÆP. Aqua destillata; oleum volatile florum vulgo *oleum Naphæ*; tinctura; conditum; syrupus corticis: oleum corticis volatile expressione paratum vulgo *oleum Bergamotte.*

CITRUS MEDICA. Fructus ejusque succus; cortex flavus fructus.

Varietas: *citrus limonia. Arborea; Europ. austr.*

OF. *Succus; flavedo limoniorum.* S. *citri.* IT. *Succo e corteccia di Cedro, Limone, Melarosa, Bergamotte, ec.* G. *Citronier; citrons.* GE. *Zitronen.* A. *Lemon-tree & lime tree.*

QUAL. *Fructus:* Sapor acidus: *corticis:* Sapor amarus, aromaticus.

VIRT. *Succi:* Refrigerans; antiseptica: *corticis:* Stimulans; stomachica.

USUS *Succi:* Scorbutus; febres: *Corticis:* dyspepsia.

PRÆP.

PRÆP. *Succus*; oleum volatile corticis destillatione obtentum: oleum volatile incisione & expressione corticis obtentum, vulgo oleum seu *essentia de cedro*; confectio seu conditum corticis & carnis fructus; acidum citricum.

CLEMATIS RECTA. Herba cum floribus.

CL. *Polyand.* O. *Polyg.* *Perennis*.

OF. *Flammula Jovis*. IT. *Fiammola di Giove*. G. *Clematite*. GE. *Brennkraut*; *aufrechte waldiebe*. A. *Upright virginis-bower*.

QUAL. In principio acri residens.

VIRT. Corrodens; vesicans; diuretica.

USUS *infusi vel extracti*: Exostosis syphilitica? *Pulveris externus*: Ulcera syphilitica, cancrosa, phagedænica? *Infusi forma lotionis*: Psora rebellis.

DOSIS *herbæ cum floribus siccatæ*: drach. ij-iij ad ℔ j aquæ.

PRÆP. *Extractum foliorum recent.* g. j-iij.

CLEMATIS VITALBA. Folia.

CL. & O. *præced.* *Perennis*; *sarmentosa*; *Europ.*

OF. *Vitalbæ folia*. IT. *Clematite*, *o Erba de' Pitocchi*. G. *Herbe aux gueux*. A. *Common virgins-bower*, *or travellers joy*.

QUAL. In principio acri residens; sapor acidus, subdulcis, stypticus.

VIRT. Adstringens; corrodens; diuretica.

USUS *infusi*: Hydrops. *Externus* succi oleo excepti: Psora.

COCLEARIA ARMORACIA. Radix recens; ejusque succus expressus.

CL.

CL. *Tetradyn.* O. *Siliculos.* *Perennis; hortensis, ad rivos & in locis humidis.*

OF. *Raphanus rusticanus; armoracia.* IT. *Rafano salvatico, Ramolaccio.* G. *Cran; raifort.* GE. *Meerrettich.* A. *Horse-raddish.*

QUAL. Eximia: in principio acri volatili residens.

VIRT. Emetica; diuretica; antiscorbutica; rubefaciens.

USUS. Cachexiæ; quartanæ; scorbutus; hydrops; asthma pituitosum; paralysis; arthodynia rheumatica; paraphonia.

DOSIS *radicis recentis rasæ:* ℈j-ij. *Succi expressi:* ʒß. in haustu vini.

PRÆP. Succus; aqua destillata; alcohol; infusum aquosum & vinosum.

COCHLEARIA OFFICINALIS. Herba recens; ejusque succus expressus.

CL. & O. *præced.* *Annua; ad littora maris; hortensis.*

OF. *Cochlearia hortensis.* IT. *Coclearia.* G. *Cranson; herbe aux cuillers.* GE. *Laffelkraut.* A. *Common Scurvygrass.*

QUAL. *Herbæ recentis:* Eximia; in principio acri volatili residens; sapor acris.

VIRT. Diuretica; antiscorbutica; alterans.

USUS *herbæ & succi:* Scorbutus; cachexiæ.

PRÆP. Conserva; succus; aqua destillata; alcohol; syrupus.

DOSIS *succi:* unc. j-ij-iij. Conservæ drach. i-ij.

COCOS BUTYRACEA.)
——— NUCIFERA.) Oleum fixum fructus.

Palma.

OF.

OF. *Oleum palmæ*. IT. *Olio di Cocco*.

QUAL. & VIRT. Eadem ac aliorum oleorum fixorum.

USUS. Fissura; perniones; tumores; nodi podagrici; ventris tumor durus: Pro injectionibus anatomicis per se vel cum tertia aut quarta parte ceræ mixtum.

COFFEA ARABICA.) Semina.
——— OCCIDENTALIS.)

CL. *Pentand. O. Monog.* *Arborea*; *Arab. & Ind. occident.*

OF. *Coffea semina*. IT. *Caffè*. G. *Caffè*. GE. *Caffier*. A. *Coffeetree*.

QUAL. *Semin. ustulatorum*. Fragrans; aromatica.

VIRT. Excitans; nervina; calefaciens; carminativa.

USUS *decocti seminum crudorum*: Catarrhus; rheumata; amenorrhoea suppressionis; diarrhœa. *Infusi seminum ustulatorum*: Sopor; cardialgia; cephalalgia; obstipatio polysarcia. *Infusi saturati* Unc. j ad aquæ unc. iij-iv haustus omni semihora repetendus: asthma spasmodicum; (PRINGLE). *Pulveris* drach. vj cum unc. iij aut iv aquæ coctæ ad dimidium; hocque cum anatica portione succi citri mixtum calide in intermittentibus die apyrexiæ jejuno stomacho ebibendum in lecto.

PRÆP. Semen ustulatum pro infuso.

COLCHICUM AUTUMNALE. Radix.

CL. *Hexandr. O. Trigyn.* *Perennis*; *in pratis humidis*.

OF. *Colchicum*. IT. *Colchico*, *Giglio matto*, *o Strozza-cane*. G. *Colchique*; *mort aux chiens*. GE. *Zeitlozen*; *wiesen-safran*. A. *Common meadow-saffran*.

QUAL. In principio acri residens; odor graveolens; sapor intense acris, nauseosus.

VIRT. Narcotica; drastico-cathartica; phthyriaca diuretica.

USUS.

USUS. Hydrops.

PRÆP. Acetum; oxymel.

COLCHICUM ILLYRICUM. Radix.
(GRONOVII & FŒRSKAL).

OF. *Radix hermodactyli*. IT. *Ermodattilo*.

QUAL. In principio acti volatili residens.

VIRT.

USUS.

COLLINSONIA CANADENSIS. Radix.

CL. *Diand. O. Monog.* *Perennis; Americ. septent.*

A. *Nettle leaved collinsonia*.

QUAL. Odor nidorosus.

VIRT.

USUS. Colica lochialis.

CONFERVA HELMINTHOCHORTON.

CL. *Cryptog. O. Algæ.* *In Corsica ad littus maris*.

Dubium an hæc substantia sit conferva an fucus, aut potius nidus insecti marini?

OF. *Fucus helminthochorton*. S. *Corallina melitochorton; lemitochorton; corallina corsicana rubra*. IT. *Corallina Corsicana*. G. *Mousse ou coralline de Corse*. GE. *Wurmconferve*.

QUAL. Sapor salinus nauseosus; magnam quantitatem mucilaginis decoctione largiens.

VIRT. Anthelminthica.

USUS. Lumbrici.

DOSIS *Pulveris*: gran. x ad drach. j: in infuso ʒj ad ℥j ℔ j aquæ.

CON-

CONFERVA RIVULARIS.

IT. *Conferva delle acque dolci.*

QUAL. Magnam gazis oxygenii quantitatem præcipue hyeme exhalans.

CONIUM MACULATUM.

CL. *Pentand.* O. *Digyn. Biennis; in desertis umbrosis, humidis.*

N. B. Caute a cicuta virosa; æthusa cynapio; chærophyllo sylvestri, temulento & bulboso, nec non a tordylio anthrisco distinguenda.

N. B. Conii maculati caracter est semen in uno latere striis nitide serratis notatum.

OF. *Cicuta major* S. *Vulgaris.* IT. *Cicuta.* G. *ciguë ordinaire.* GE. *Schierling.* A. *Common hemlock.* H. *Conio manchado; cicuta.*

QUAL. *Recentis:* Venenata; in principio narcotico & acri residens; odor teter; sapor acris, nauseosus.

VIRT. Narcotica; diuretica.

USUS *externus* forma pulveris & cataplasmatis: Scirrhus; ulcus phagedænicum; scrophula; tabes scrophulosa; caries; pertussis; tinea; tumor testiculi; tumor prostatæ.

DOSIS *pulveris vel succi inspissati:* gran. j. ascendendo gradatim ad gran. xx. de die.

PRÆP. Succus foliorum recentium expressus & inspissatus, vulgo *extractum* cicutæ.

CONVALLARIA MAJALIS. Flores.

CL. *Hexandr.* O. *Monog.* *Perennis.*

OF. *Lilium convallium.* IT. *Fiordaliso, Mughetto, o Giglio convallio.* G. *Muguet de mai.* GE. *Mayblumen.* A. *Maylilly or sweet scented lily of the vally.*

QUAL. *Recentis*: Odor fragrans; sapor amarus, acris, nauseosus.

VIRT. Errhina; narcotica; antispasmodica; cathartica.

USUS. Epilepsia?

CONVALLARIA POLYGONATUM. Radix.

CL. & O. *præced.* *Perennis.*

OF. *Sigillum salomonis.* IT. *Sigillo di Salomone.* A. *Common salomon's seal.*

QUAL. Fatua; mucilaginosa.

VIRT. Cosmetica?

USUS.

CONVOLVULUS JALAPPA. Radix.

CL. *Pent.* O. *Monog.* *Mexicana.*

OF. *Jalappa.* IT. *Radice, e Resina di Sciarappa.* G. *Jalape.* GE. *Jallapwurzel.* A. *Jalap. bindweed; jalap.* H. *Jalapa.*

QUAL. In principio resinoso acri residens; odor ingratus; sapor nauseosus.

VIRT. Cathartica. *Resinæ*: Drastica; anthelminthica.

USUS: Vermes; obstipatio: physconia abdom.

DOSIS *pulveris*: Drach. ß-ℑij pro adultis.

PRÆP. Resina; tinctura resinæ.

CONVOLVULUS SCAMMONIA. Succus radicis gummi-resinosus inspissatus.

N. B. Optimus incisione radicis; vilior expressione aut decoctione plantæ obtentus.

CL. & O. *præced.* *Perennis; Syriæ.*

OF. *Scammonium.* IT. *Scammonea, e Villuchio.* G. *Scamonée d' Alep.* GE. *Skamonien.* A. *Scammony bindweed.*

QUAL.

QUAL. In succo lacteo acri & principio resinoso cum pauco gummoso residens; sapor acris, amaricans; odor nauseosus.

VIRT. Drastico-cathartica.

USUS.

DOSIS: Gran. v-x-xx.

PRÆP. Resina cum extracto glycyrrhizæ mixta, vulgo *diagridium*.

CONVOLVULUS SEPIUM. Succus herbæ expressus & inspissatus.

OF. *Convolvulus major albus*. IT. *Convolvolo maggiore*. A. *Great bindweed*.

QUAL. & VIRT. Scammonium æmulans.

DOSIS: Gran. xx-xxx.

CONVOLVULUS SCOPARIUS. Lignum.

Frutic. insul. Barrancas.

AN lignum Rhodium verum?

CONVOLVULUS SOLDANELLA. Herba.

CL. & O. *præced.* *Ad littora maris Europæ.*

OF. *Soldanella; Brassica marina*. IT. *Cavolo di mare*. G. *Soldanelle; choux marin*. A. *Sea bindweed*.

QUAL. In succo lacteo acri residens; sapor acris, amaricans, nauseosus.

VIRT. Drastico-cathartica.

USUS. Hydrops.

DOSIS: ℥ j.

CONVOLVULUS TURPETHUM. Radix.

CL. & O. *praced.* *Perennis; Indica.*

OF. *Radix turpethi.* IT. *Turbit.* G. *Racine de turbith.* A. *Squarre stalked bindweed.*

QUAL. In principio resinoso acri residens: sapor subinsipido-acris, nauseosus.

VIRT. Cathartica.

USUS.

COPAIFERA OFFICINALIS. Resina liquida incisione arboris obtenta (*vulgo* Balsamum).

CL. *Decand.* O. *Monog.* *Arborea; Americ. merid.*

OF. *Balsamum copaivæ.* S. *de copaiba.* IT. *Balsamo copaive.* G. *Baume de copahu.* GE. *Kopaiva-balsam.* A. *Balsam of capivi.*

QUAL. Liquido-tenax; flavescens; in principio resinoso residens; odor fragrans; sapor aromaticus, subacris, amaricans; urinam amaram reddens.

VIRT. Stimulans; diuretica.

USUS: Blennorrhœa; leucorrhœa; morbi pulmonum, renum & hepatis pituitosi, atonici; circumcisio.

DOSIS: Gutt. XXX-XL. bis de die in haustu aquæ vel in vitello ovi.

CORDIA MYXA. Fructus (Drupa).

CL. *Pentand.* O. *Monog.* *Arbor.; Ægypt.; Ind.*

OF. *Sebesten.* IT. *Sebeste o Sebesten.* A. *Smooth leaved cordia.*

QUAL. Dulcis; mucilaginosa.

VIRT. Nutriens; lubricans.

USUS: Raucedo; tussis; stranguria.

CO-

CORIANDRUM SATIVUM. Semen.

CL. *Pentand.* O. *Dygin.* *Annua.*

OF. *Semen coriandri.* IT. *Semi di Coriandro.* G. *Coriandre.* GE. *Koriander-saamen.* A. *Common coriander.* H. *Cilantro sativo.*

QUAL. Odor teter; sapor aromaticus; sennæ odorem & saporem ingratum egregie mitigans.

VIRT. Hypnotica; lactifuga; carminativa.

USUS. Cum infuso sennæ.

DOSIS: Drach. j.

CORIS MONSPELIENSIS. Herba.

CL. *Pentand.* O. *Monog.* *Biennis; Europ. austr.*

IT. *Cori.*

QUAL. *Præstans:* sapor intense amarus; nauseosus.

USUS. Syphilis?

CORTEX ANGELINÆ. *Obscura.*

Insul. Grenad.

QUAL.

VIRT. Anthelminthica.

USUS: Lumbrici.

DOSIS: ℥j ad ℔iij aquæ ad colat. ℔j. Cujus uncia una alterave exhibetur omni mane.

CORTEX ANGUSTURÆ. Obscura.

Insul. Trinit.; Florid.

Vide BRUCEA.

CORTEX BELA-AYE. Obscura.

Arbor. Madagascar.

IT. *Corteccia di Bellaja.*

QUAL.

VIRT.

USUS. Diarrhœa; dysenteria; hæmorrhœa.

DOSIS. ℈j-iß mane & vespere.

CORTEX CHINÆ FLAVUS. Obscura.
Amer. merid.

OF. *Cortex China regius.* IT. *China gialla.*

QUAL. Sapor intense amarus; substypticus.

VIRT. Roborans; stomachica.

USUS. Intermittentes.

CORTEX CHINÆ RUBER. Obscura.
Amer. merid.

IT. *China rossa, o China Inglese.*

QUAL. Sapor intense amarus.

VIRT. Eadem ac præced.

USUS. Intermittentes.

CORTEX CHINÆ SURINAMENSIS. Obscura.
Surinam.

IT. *China del Surinam.*

QUAL. & VIRT. Eadem ac præced.

CORTEX JUBABÆ. Obscura.
Ind. oriens.

QUAL. Sapor amaricans.

VIRT. Nervina?

USUS.

COR-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-147893-p0096-7 DFG

CORTEX LAVOLA. Obscura.

QUAL.

VIRT.

USUS.

CORTEX MASSOY. Obscura.

Nov. Guinea.

QUAL. Odor gratus.

VIRT.

USUS *externus*: Tormina ventris.

CORTEX POGGEREBÆ. Obscura.

QUAL. Styptica; subamara.

VIRT. Adstringens.

USUS. Diarrhœa; dysenteria.

CORYLUS AVELLANA. Oleum fixum nuclei expressum.

CL. *Monæc.* O. *Polyand.* *Fruticosa.*

OF. *Coryli* s. *Avellanæ nuces.* IT. *Avellana, e Nocciuole.* A. *Common hazelnuttree.*

QUAL. Oleum fixum, ægre rancescens, inodorum; hinc odoribus excipiendis aptum.

COSTUS ARABICUS. Radix; Cortex Radicis.

CL. *Monand.* O. *Monog.* *Perennis; Ind. orient. & occident.*

OF. *Costus arabicus; costus dulcis & amarus.* IT. *Costo Arabico.* A. *Arabian costus.*

QUAL. In extractivo amaro & oleo volatili residens; sapor amaricans aromaticus: odor fragrans; urinam violaceo odore imprægnans.

VIRT. Stimulans; calefaciens; menagoga.

USUS: In officinis sæpe cum cannella alba confunditur.

DOSIS *pulv.* drach. semis; pro infuso unc. semis ad ℔ j aquæ.

CRAMBE ORIENTALIS. Radix recens.

CL. *Tetradyn.* O. *Siliqu.* *Perennis.*

OF. *Crambe.* IT. *Cavolo Orientale.* A. *Calewort.*

QUAL. In principio acri volatili residens.

VIRT. Antiscorbutica.

USUS.

CROCUS SATIVUS. Stigmata pistilli.

CL. *Triand.* O. *Monog.* *Alpina*; *Europæ austr. hortensis*: *Variet.* A. officinalis autumnalis.

OF. *Crocus austriacus* S. *orientalis.* IT. *Zafferano.* G. *Saffran.* GE. *Saffron.* A. *Saffran.* H. *Azafran cultivado.*

QUAL. Luteo-tinctoria; in oleo volatili & principio narcotico & resinoso residens; odor fragrans, virosus; sapor subaromaticus.

VIRT. Sedativa; hypnotica; leviter stimulans; antispasmodica; menagoga.

USUS: Amenorrhœa atonica; colica lochialis; pneumonia notha; vomitus. *Externus*: Ophthalmia.

DOSIS *pulveris*: gran. x-xx-xxx. *Tinct.* ℥ß. *Extracti* gran. xv.

PRÆP. Tinctura; syrupus; extractum.

CROTON CASCARILLA. Cortex.

Croton lineare. (HORT. REVV.).

N. B. Dubium an cortex cascarillæ dictus ex *croton cascarilla*, Cr. *lineari*, Cr. *Eluteria*; aut ex *Clutia Elu-*

Eluteria, aut demum ex hisce pluribus aut omnibus desumatur?

CL. *Monac.* O. *Monadelph.* *Arborea*; *Americ. meridion.*

OF. *Cortex cascarillæ* s. *Eleutheriæ*. IT. *Cascariglia*. G. *Chaquerille*. GE. *Kaskarilrinde*. A. *Cascarilla or Willow leaved croton*.

QUAL. In oleo volatili & extractivo amaro residens; sapor aromaticus, amarus, subacris; odor fragrans, fumo moscato.

VIRT. Roborans; stimulans.

USUS: Dyspepsia; diarrhœa; febres intermittentes & remittentes biliosæ.

DOSIS *pulveris*: Gran. x-xxx. Pro infuso aquoso vel vinoso drach. j. ad ℥j. *Extracti*: Drach. ß.

PRÆP. *Tinctura*; *extractum*.

CROTON LACCIFERUM. Substantia resinosa (*Nidus insecti*).

CL. & O. *præced.* *Arborea*; *Ind. orient.*

N. B. Succus resinosus ex hac arbore æque ac ex fico religiosa & indica; nec non ex arbore plasonis & rhamno jujuba, punctura insecti coccus LACCA dicti exsudans; ejusque nidulum constituens.

OF. *Lacca* s. *gummi lacca*. IT. *Cancamo*, *Lacca*.

QUAL. Resina rubro tinctoria; substyptica.

VIRT. Subadstringens; diuretica.

USUS. Lacca sigillatoria; vernices. *Vinctura*: Laxitas gingivarum.

PRÆP. Tinctura.

CROTON TIGLIUM. Semen; lignum.

CL.

CL. *et* O. *præced.* *Arborea*; *Zeylanicæ*.

OF. *Grana tiglii* s. *tilli*: *Lignum pavanæ* s. *Moluccense*.

IT. *Seme del Tilli*, *o delle Molucche*; *Pinocchio d' India*; *Legno delle Molucche*.

QUAL. Venenata, acerrima. *Semen decorticatum* oleum fixum sine acri continet.

VIRT. Drastico-cathartica; emetica; diuretica; exurens.

USUS.

CROTON TINCTORIUM. Fæcula.

CL. *et* O. *præced.* *Annua*; *Europ. austr.*

OF. *Lacemus*. IT. *Oricello*. G. *Tournesol*. A. *Officinal croton*.

QUAL. Cærulea, tinctoria.

USUS chemicus pro reagente.

CUCUMIS COLOCYNTIS. Fructus; pulpa.

CL. *Monæ*. O. *Syngenes*. *Annua*; *Asiatica*; *Hispan*.

OF. *Colocynthides*. IT. *Coloquintida*. G. *Coloquinte*. GE. *Koloquinten*. A. *Bitter cucumber or gourd*. H. *Pepinera colquintida*.

QUAL. Odor nauseosus; sapor amarissimus, nauseosus.

VIRT. Eximia: Diuretica; deobstruens; drastico-cathartica; menagoga; anthelminthica.

USUS. Physconia; hydrops; obstipatio; epilepsia.

DOSIS: *Intern.* gran. $\frac{1}{8}$ *Pulpæ* gran. xxx. ad ℔ ß aquæ decoct. pro enemate.

PRÆP. Extractum cum mucilagine gummi tragacanthæ tritum, vulgo TROHISCI ALHANDAL; resina.

N. B. Antidotum ejus est camphora.

CUCUMIS MELO. Semen.

CL. *et* O. *præced.* *Annua*; *hortensis*.

OF.

OF. *Semen melonum.* IT. *Melone, o Popone.* G. *Semence de melon.* GE. *Melonen-kerne.* A. *Common melon.*

QUAL. Oleosa; subdulcis.

VIRT. Refrigerans.

USUS forma emulsionis: Febres; stranguria.

CUCUMIS SATIVUS. Semen.

CL. *et* O. *præced.* *Annua; hortensis.*

OF. *Semen cucumis.* IT. *Cocomero, Cetriolo.* G. *Concombre.* GE. *Garken saamen.* A. *Common cucumber.*

QUAL. & VIRT. Eadem ac præced.

CUCURBITA LAGENARIA.)
——————— PEPO.) Semen.
——————— CITRULLUS.)

CL. *Monæc.* O. *Syng.* *Annua; hortensis.*

OF. *Semen cucurbitæ.* IT. *Cocuzza, o Zucca.* G. *Semence de courge ou potiron.* GE. *Kürbis-kerne.* A. *Bottle gourd; pompion, or pumpkin gourd; et water melon.*

QUAL. & VIRT. Eadem ac præced.

CUMINUM CYMINUM. Semen.

CL. *Pentand.* O. *Digyn.* *Annua; Europ. austr. Ægypt.*

OF. *Semen cumini.* IT. *Cimino domestico.* G. *Cumin officinal.* GE. *Rœmischer kümel; kronkümel.* A. *Cumin.*

QUAL. Præstans: odor fragrans; sapor acris, aromaticus.

VIRT. Stimulans; carminativa.

USUS. Colica flatulenta; tympanitis; tumores frigidi.

CUPRESSUS SEMPERVIRENS. Strobuli; folia.

CL. *Monæc.* O. *Monadelph.* *Arboreæ; Asiaticæ.*

OF.

OF. *Folia cupressi; nuces* S. *Galbuli cupressi* S. *Cypressi*. IT. *Cipresso*. G. *Cyprès*. GE. *Zipresenbaum*. A. *Upright cypress-tree*.

QUAL. Amaro-styptica.

VIRT. Adstringens.

USUS.

CURCUMA LONGA. Radix.

CL. *Monand.* O. *Monog.* *Perennis*; *Indica*.

Amomum curcuma (JACQUIN).

OF. *Curcuma*, vulgo *terra merita*. IT. *Curcuma*, o *Terra mariana*. G. *Curcuma*. GE. *Gelb wurzel*; *kurkuma-wurzel*. A. *Long rooted Tarmeric*.

QUAL. In principio extractivo & pauco oleo volatili residens; sapor amarus, subaromaticus; urinam luteo colore tingens.

VIRT. Tinctoria; menagoga; diuretica; deobstruens.

USUS *internus*: intermittentes, physconia abdomin; icterus; morbi cutis.

DOSIS *pulveris* scrup. ij-drach j. In *infuso*: drach. ij ad ℔j. aquæ.

CUSCUTA EPITHYMUM. Herba.

CL. *Tetrand.* O. *Digyn.* *Parasitica lupuli*; *dulcamara*; *Cannabis*.

IT. *Epitimo*.

QUAL. Odor & sapor thymi; sed debilior.

VIRT. Debilior sequenti.

CUSCUTA EUROPÆA. Herba.

Parasitica; *annua*.

OF. *Cuscuta herba*. IT. *Cuscuta*. G. *Cuscute*. A. *Dodder*.

QUAL.

QUAL. Inodora; amaricans; subacris.

VIRT. Deobstruens.

USUS. Physconia abdomin.; intermittentes.

CYCLAMEN EUROPÆUM. Radix recens.

CL. *Pentand.* O. *Monog.* *Perennis; Hungar; Austria; in locis umbrosis, nemorosis.*

OF. *Cyclamen; arthanita.* IT. *Pan porcino, Ciclomino, Artanita.* G. *Saubrod; erdscheibe.* A. *Common European cyclamen.*

QUAL. *Radicis recentis*: In principio acri volatili residens; siccatione avolans; sapor primo mucilaginosus; dein acris, urens, amaricans; *assata*: Esculenta.

VIRT. Drastico-cathartica; menagoga; anthelminthica; resolvens.

USUS: Scirrhus; tumores frigidi; pernio; vermes.

DOSIS: Drachm. j.

PRÆP. Unguentum *dè arthanitæ.*

CYNARA SCOLYMUS. Folia.

CL. *Syng.* O. *Polyg. æqual.* *Annua; hortensis.*

OF. *Cynara hortensis.* IT. *Carciofo.* G. *Artichaut.* GE. *Artistchoken.* A. *Artichoke.*

QUAL. Oleracea.

VIRT. Diuretica?

USUS. Hydrops.

DOSIS *succi.* ℥ij-iij. in haustu vini generosi.

CYNOGLOSSUM OFFICINALE. Herba;
Radix;

CL. *Pentand.* O. *Monog.* *Biennis; in viis & cimeteriis.*

OF.

OF. *Cynoglossum*. IT. *Cinoglossa, ossia Lingua di cane*. G. *Cynoglosse*. GE. *Hundszungen-wurzel*. A. *Officinal hound's tongue*.

QUAL. Odor graveolens; sapor mucilaginosus.

VIRT. Subnarcotica; phthiriaca.

USUS.

CYNOMORIUM COCCINEUM.

CL. *Monac.* O. *Monand. Plantarum maritimarum parasitica; Afric.; Sicil.; Jamaic.*

OF. *Fungus Melitensis*. IT. *Fungo di Malta*.

QUAL. Nigra; sapor amaricans, stypticus.

VIRT. Adstringens.

USUS *decocti internus*: Hæmorrhagiæ; dysenteria atonica; ulcera. *Externus*: Ulcera phagedænica.

DOSIS *pulveris*: Gr. xx ad drach. j.

CYPERUS LONGUS. Radix.

CL. *Triand.* O. *Monog.* *Perennis; Europ. austr. Syria; in locis humidis.*

OF. *Cyperus longus*. IT. *Cipero*. G. *Souchett*. GE. *Zyperwurzel*. A. *Cyperus*.

QUAL. Odor fragrans; sapor grate aromaticus; calidus.

VIRT. Diuretica; menagoga.

USUS. Ulcera vesicæ, uteri, oris?

CYPERUS ODORATUS.)
——— ROTUNDUS.) Radix.

IT. *Giunco odorato*.

QUAL. et VIRT. Eadem ac præced. sed debilior.

CY-

CYTINUS HYPOCISTIS. Succus baccarum expressus, inspissatus.

CL. *Gynand.* O. *Dodecand.* *Annua; parasitica; Europ. austr.*

OF. *Hypocistidis succus.* IT. *Ipocisto.* GE. *Hypozisten-saft.*

QUAL. Sapor acido-austerus, stypticus; alcohole solubilis.

VIRT. Adstringens.

USUS. Profluvia.

CYTISUS LABURNUM. Cortex.

VARIETAS: Alpinus.

CL. *Diadelph.* O. *Decand.* *Arborea; alpina: hortensis.*

IT. *Citiso.* A. *Common laburnum; cytisus alpinus.*

QUAL.

VIRT. Menagoga.

USUS *decocti*: Amenorrhœa.

D

DAPHNE GNIDIUM. Semen.

CL. *Octand.* O. *Monog.* *Fruticosa.*

OF. *Semen coccognidi; granum gnidium.* IT. *Grano Gnidio, Coccognidio, Pepe montano.* A. *Flaxleaved daphne.*

QUAL. Venenata.

VIRT.

USUS.

DAPHNE LAUREOLA. Cortex radicis.

OF. *Cortex mezerei.* IT. *Laureola.* G. *Garou; bois gentil.* A. *Common daphne, or spurge laurel.*

QUAL. et VIRT. Eadem ac sequentis.

USUS

usus præcipuus corticis recentis aceto emolliti loco vesicantis.

PRÆP. Unguentum ad fonticulos.

DAPHNE MEZEREUM. Cortex radicis.

CL. *et* O. *præced.* *Fruticosa.*

OF. *Cortex laureolæ* s. *Mezerei.* IT. *Mezereo, Mezario; Dafnoide.* G. *Mezereum; faux garou.* GE. *Kellerhals; seidelbastrinde.*

QUAL. Venenata; in principio acri residens; acris, urens.

VIRT. Drastico cathartica; emetica; diuretica. *Extern.*: Corrodens; vesicans.

USUS *decocti corticis*: Ulcera maligna; *morbi cutis* et ossium syphilitici. *Externus* forma cataplasmatis: Scirrhus; orchiocele; lepra.

DOSIS: Drach. ij corticis radicis (*vel* ℥ß *radicis*) concisi cum portione æquali glyclyrrhizæ in ℔ iij aquæ coquendo ad colat. ℔ij.

N. B. Antidotum ejus est camphora.

DAPHNE THYMELÆA. Radix.

IT. *Timelea, Camelea.*

QUAL. et VIRT. Eadem ac præced.

DATISCA CANNABINA. Herba.

CL. *Diac.* O. *Dodecand.*

QUAL.

VIRT.

USUS. *pulveris* (loco *cinchonæ*): Intermittentes.

DOSIS: Gran. xx-xxx; repetendo hanc dosim ter quaterve tempore apyrexiæ.

DA-

DATURA STRAMONIUM. Semen; folia; succus foliorum expressus & inspissatus.

CL. *Pentand.* O. *Monog.* *Annua; in locis desertis, arenosis.*

OF. *Stramonii herba; daturæ semina.* IT. *Stramonea, Pomo spinoso, Erba de' Strigoni.* G. *Endormie commun; pomme èpineuse.* GE. *Stechapfelkraut.* A. *Common Thornapple.*

QUAL. venenata; in principio acri, narcotico residens; odor virosus; sapor nauseosus, amarus. *Seminis*: insipida.

VIRT. Narcotica interne vel externe applicata; dementia.

USUS *succi inspissati.* Melancholia; mania post puerperium, epilepsia; amentia; carcinoma; varix ani; combustura.

DOSIS: gran. $\frac{1}{4}$ ad gran. j-vi.

N. B. Antidotum ejus est acidum acetosum, vel acidum citricum.

DAUSUS CAROTA Radix recens; folia; Semen.

CL. *Pentand.* O. *Digyn.* *Biennis.*

OF. *Daucus sativus.* IT. *Carota, e Dauco selvatico.* G. *Carote.* GE. *Gelbe Mœhren, gelbe Rüben;* A. *Wild carrot.* H. *Zanahoria.*

QUAL. *Radicis*: In principio mucilaginoso-saccharino residens; sapor dulcis, mucilaginosus. *Seminum*: odor fragrans; sapor aromaticus, amaricans.

VIRT. *Radicis*: Demulcens; antiseptica; *seminum*: stimulans; anthelminthica?

USUS *radicis rasæ forma cataplasmatis*: ulcera phagedænica, putrida, herpetica; carcinoma. *Decocti radicis*: Stranguria.

DELPHINIUM CONSOLIDA. Flores.

CL. *Polyandr.* O. *Trig.* *Annua.*

OF. *Flores calcitrappæ; consolida regalis.* IT. *Fior cappuccio, o Fior da Cavaliere.* GE. *Rittersporn.* A. *Branchino larkspur.*

QUAL. Cærulea.

VIRT.

USUS.

DELPHINIUM STAPHISAGRIA. Semen.

CL. & O. *præced.* *Biennis; in montibus Europ. austr.*

OF. *Staphisagria.* IT. *Stafusaria, Stafisagra, Erba pidocchina.* G. *Staphisaigre.* GE. *Stephanshraut; Lanskarner.* A. *Palmated larkspur or stavesacre.*

QUAL. Præstans: Sapor amarus, acris, nauseosus.

VIRT. Drastico-cathartica, anthelminthica; phthiriaca.

USUS *pulveris*: Pediculi; acari subcutanei; odontalgia.

PRÆP. Unguentum.

DENTARIA PENTAPHYLLOS. Radix.

CL. *Tetrand.* O. *Siliquos.* *Alpina; Europ. austr.*

OF. *Dentaria minor.* IT. *Dentaria minore.* GE. *Zahnwurzel.* A. *Fiveleaved Toothwort.*

QUAL. In principio acri volatili residens; sapor acris, nauseosus ut cochleariæ armoraciæ.

VIRT.

USUS.

DIANTHUS CARYOPHILLUS. Petala.

CL. *Decand.* O. *Digyn.* *Annua.*

OF. *Flores tunicæ hortensis; caryophillæ rubra.* IT. *Garofano*

no rosso de' giardini. G. *Œillet girofflée*. GE. *Grasblumen; nelkenblumen; gartennelken*. A. *Clovepink; or cloave july flower*.

QUAL. Odor fragrans.

VIRT.

USUS.

DICTAMNUS ALBUS. Radix.

CL. *Decand. O. Monog.* *Perennis*.

VARIET. A. *Flore niveo*. B. *Flore rubro*.

OF. *Dictamus albus; fraxinella*. IT. *Dittamo bianco*. G. *Dictame; fraxinelle*. GE. *Weisser diptam*. A. *Whire dittany & red fraxinella*.

QUAL. *Radicis recentis*: Odor ambrosiacus; sapor amarus, subaromaticus.

VIRT. Nervina; anthelminthica; menagoga.

USUS. Epilepsia; ataxia; leucorrhœa; vermes.

PRÆP. *Tinctura gutt. XX-L ter die*.

DIGITALIS PURPUREA. Folia.

CL. *Didyn. O. Angiosp.* *Biennis; in sylvis*.

N. B. Tempore quo flores erumpunt colligenda, & caute siccanda.

OF. *Digitalis purpurea*. IT. *Digitale, o Digitella purpurea*. G. *Grande digitale*. GE. *Fingerkraut; fingerhut*. A. *Purple Fox-glove*. H. *Dedalera purpurea; qualda perra*.

QUAL. Venenata; in principio acri residens; sapor acris, amarus, nauseosus.

VIRT. Emetica; Drastico cathartica; diuretica.

USUS. Hydrothorax (WITHETING): hydrops atonicus; nephritis calculosa; epilepsia & mania a sero effuso;

dysuria; phthisis forma decocti debilis pro potu ordinario vel forma syrupi (PARKINSON); scrophula?

DOSIS: Unc. j-ij ad ℔ j ℥ aquæ coquendo ad colat. ℔ j cujus ℥ j-j ℥ cum drach. ij. aquæ aromaticæ omni bihorio sumenda. *Pulveris*: Gran. j-iij bis die pro adultis. Pro *infuso* drach. j foliorum siccatorum ad uncias viij aquæ fervidæ per quadrihorium digesta colat. addendo unc. j. aquæ aromaticæ cujusdam; dosis unc. j. bis de die, quæ est dosis media pro adulto; multis unc. semis bis de die sufficit.

DOLICHOS URENS. *Pubes leguminis rigida.*

CL. *Diadelph. O. Decand.* *Ind. orient. & Amer. merid.*

OF. *Siliquæ hirsutæ; dolichos pruriens.* Bengalis: *Cadjuch.*

A. *Cowitch dolichos.*

N. B. PAIVA hanc & sequentem plantam ad genus novum: *Lavraida* dictum refert.

QUAL.

VIRT. Anthelminthica.

USUS. Lumbrici.

DOSIS. Drach. j-iv. cum syrupo aut mucilagine.

DOLICHOS PRURIENS. Pubes leguminis rigida.

N. B. Vid. *Lavradia.*

CL. & O. *præced.* *Ind. occident.*

A. *Horse-Hye bean, or dolichos.*

QUAL. & VIRT. Eadem ac præced.

DOLICHOS SOJA. Faba.

CL. & O. *præced.* *Ind. orient.*

QUAL. Subdulcis; farinacea.

VIRT.?

VIRT. ?

USUS. *Culinaris*.

DORONICUM LATIFOLIUM.) Radix.
——————— PARDALIANCHES.)

CL. *Syng.* O. *Polyg. superfl.* *Perennis; alpina, Europ. austr.*

OF. *Doronicum*. IT. *Doronico*. GE. *Gemsenwurzel*. A. *Great leopard's bane*.

QUAL. Sapor dulcis, aromaticus.

VIRT. Arnicam montanam æmulans.

USUS.

DORSTENIA CONTRAYERVA. Radix.

CL. *Tetrandr.* O. *Monog.* *Perennis; Americ. merid.*

OF. *Contrayervæ radix*. IT. *Contrajerva*. G. *Contrayerve*. GE. *Giftwurzel*. A. *Contrajera*.

QUAL. *Præstans: Odor subfragrans; sapor amaricans, subaromaticus; stypticus*.

VIRT. Adstringens; antiseptica; sudorifica; stomachica; stimulans.

USUS. Febres & exanthemata atonica; dysenteria.

DOSIS *pulveris*. Gran. x-drach. j. *Tinctura*: drach. j-ij.

DRACÆNA DRACO. Resina.

CL. *Hexand.* O. *Monog.* *Fruticosa; Ind. orient.*

OF. *Sanguis draconis*. IT. *Sangue di Drago*. G. *Sang de dragon*. A. *Dragon-tree*.

QUAL. Styptica.

VIRT. Adstringens.

USUS. Hæmorrhagiæ; Leucorrhœa; apocenoses.

DOSIS.

DRACOCEPHALUM CANARIENSE. Herba.

CL. *Didyn.* O. *Gymnosp.* *Perennis; Insular. Canar.*

N. B. Floribus spicatis; foliis compositis.

OF. *Melissa canariensis.* IT. *Melissa delle Canarie.* A. *Canary dragon's head; or balm of gilead.*

QUAL. Eximia: Odor intense fragrans; sapor gratus, aromaticus.

VIRT. Excitans; nervina: stomachica.

USUS. Cachexiæ; cephalalgia; cardialgia.

DRACOCEPHALUM MOLDAVICUM.

CL. & O. *præced.* *Annua.*

IT. *Melissa Turca.*

QUAL. & VIRT. Multo debilior præced.

DROSERA ROTUNDIFOLIA. Herba.

CL. *Pentand.* O. *Tetrag.* *Biennis.*

OF. *Ros solis; rosella.* IT. *Rorella.* A. *Round-leaved sun dew, or rosa solis.*

QUAL. Lactescens; sapor actis.

VIRT. Corrodens.

USUS.

E

ECHITES SYPHILITICA. Folia; Herba.

CL. *Pentand.* O. *Monog.* *Fruticosa; Surinam.*

QUAL. Lactescens.

VIRT. Antisyphilitica?

USUS *decocti*: Syphilis.

EPIDENDRUM VANILLA. Siliqua.

CL.

CL. *Gynand. O. Diandr.* *Fruticosa; parasitica. Ind. occident.*

OF. *Vanilla.* IT. *Vaniglia.* G. *Vanille.* GE. *Vanillen.* A. *Vanilla.*

QUAL. Eximia: pinguis; odor ambrosiacus; sapor gratus, aromaticus.

VIRT. Stimulans; calefaciens; nervina; aphrodisiaca.

USUS. Potissimum ut choccoladæ ingrediens.

DOSIS. Drach. semis.

EQUISETUM ARVENSE. Herba.

CL. *Cryptog. O. Filices.* *Perennis.*

OF. *Equisetum; cauda equina.* IT. *Coda cavallina.* A. *Corn horse-tail.*

QUAL.

VIRT. Adstringens; diuretica.

USUS. Blennorrhœa; apocenoses; tabes? Hæmaturia?

EQUISETUM HYEMALE.

IT. *Paltrufalo.*

QUAL. & VIRT. Præced.

ERIGERON ACRE. Herba.

CL. *Syngen. O. Polyg. superfl.* *Perennis.*

OF. *Coniza carulea.* IT. *Erigero.* A. *Blue erigeron.*

QUAL. Sapor acris; synapim æmulans.

VIRT. Antiscorbutica.

ERVUM LENS. Semen.

CL. *Diadelph. O. Decand.* *Annua.*

OF. *Lens; lentium semen.* IT. *Lenticchia, o Lente.*

QUAL. Farinacea.

VIRT. ?

USUS.

ERVUM ERVILIA. Semen.

CL. & O. *praced.* *Annua; Europ. austr.*

OF. *Ervi* s. *orobi semen.* IT. *Orobo, Mocco, Veccia.* A. *Flat-seeded tare, or common lentil.*

QUAL. Farinacea.

VIRT.

USUS.

ERYNGIUM CAMPESTRE. Radix.

CL. *Pentand.* O. *Digyn.* *Perennis; maritim.*

OF. *Eryngium vulgare.* IT. *Iringo, Eringio, Calcatreppo.* G. *Chardon roland.* GE. *Manustreu; brachdistel.* A. *Common Eryngo.*

QUAL. Sapor dulcescens, subaromaticus.

VIRT. Diuretica; aphrodisiaca?

USUS. Tabes pulmonalis ulcerosa.

DOSIS. Unc. semis ad ℔ j aquæ pro infuso quotidie.

ERYNGIUM FŒTIDUM. Herba.

CL. & O. *Praced.* *Americ.*

QUAL. Eximia: odor teter; fœtidissimus, tenax.

VIRT. Cathartica; diuretica; antispasmodica.

USUS. Hysteria; hydrops.

ERYSIMUM ALLIARIA. Herba.

CL. *Tetrad.* O. *Siliq.* *Perennis; in locis umbrosis;*

OF.

OF. *Herba alliariæ*. IT. *Alliaria*. A. *Stinking hedge-mustard, or sauce-alone*.

QUAL. In principio acri residens; odor alliaceus; sapor amarus.

VIRT. Diuretica; errhina; antiscorbutica.

USUS. Asthma; ulcus putridum.

ERYSIMUM BARBAREA. Folia.

CL. & O. *præced.* *Perennis*.

OF. *Barbareæ folia*. IT. *Erba di s. Barbara*. G. *Herbe St. Barbe*. A. *Common winter hedge mustard or cress.*

QUAL. Sapor amarus, subacris; odor herbaceus.

USUS. Antiscorbutica.

ERYSIMUM OFFICINALE. Herba recens & fructus.

CL. & O. *præced.* *Annua; ad vias & in sabulosis.*

OF. *Erysimum*. IT. *Erisamo*. G. *Vélar; torterelle; herbe du chantre*. GE. *Wegsenf*. A. *Common hedge-mustard*.

QUAL. In principio acri residens; sapor acris.

VIRT. Adstringens; diuretica; antiscorbutica.

PRÆP. Syrupus ex succo recenti paratus.

USUS *Syrupi* egregius: Paraphonia; raucedo; tussis; ischuria?

EUPATORIUM CANNABINUM. Herba; radix.

CL. *Syng.* O. *Polyg. æqual.* *Perennis*.

OF. *Eupatorium*. IT. *Eupatorio comune*. G. *Eupatoire d' Avicenne*. GE. *Wasserdost; kunigundenkraut*. A. *Common eupatorium; or hemp-agrimony*.

QUAL. Sapor intense amarus; odor acris, penetrans.

VIRT. *Radicis*: diuretica; cathartica; emetica.

USUS.

USUS. Cachexiæ; hydrops; hydrocele.

EUPHORBIA CANESCENS.

CL. *Dodecand. O. Trigyn.*

QUAL. Acris.

VIRT. Antisyphilitica?

USUS *Americanis*: syphilis.

EUPHORBIA ESULA. Succus foliorum expressus.

CL. & O. *praced.* *In sepibus & locis aridis.*

OF. *Esulæ.* IT. *Pitiusa, o Esulæ maggiore*: GE. Wolfsmilch.

QUAL.

VIRT?

USUS. Icterus.

DOS. *succi* drachm. ß-j-unc. semis omni mane.

PRÆP. Extractum-gr. viij-x.

EUPHORBIA OFFICINARUM. *Succus gummi-resinosus incisione plantæ obtentus.*

CL. & O. *praced.* *Fruticosa.*

OF. *Gummi Euphorbium.* IT. *Euforbio, o Lattarolo.* G. *Euphorbe.* GE. *Euphorbienharz.* A. *Euphorbium, or officinal spurge.*

QUAL. Lactescens; in principio acri resinoso residens; sapor acris, urens.

VIRT. Drastico-cathartica; errhina; rubefaciens; vesicans.

PRÆP. Tinctura; emplastrum.

USUS *externus pulveris (melius tinctura)*: punctura; caries. *Emplastri*: Arthrodynia rheumatica.

N. B. Euphorbiæ diversæ species qualitate & virtute fere similes sunt.

EU-

EUPHORBIA LATHYRIS. Semen.

CL. & O. *præced.* *Biennis; Europ. austr.*

OF. *Cataputia minor.* IT. *Catapuzza.* GE. *Purgier-kærner; spring-kærner.* A. *Caper spurge.*

QUAL. Lactescens; acris.

VIRT. Emetica; drastico-cathartica; corrodens.

EUPHORBIA PALUSTRIS. Succus foliorum expressus & inspissatus; radix; cortex radicis.

CL. & O. *præced.* *Perennis.*

OF. *Tithymalus.* IT. *Titimalo, o Titimaglio palustre.* GA. *Tithymale des marais.* GE. *Marsh spurge.*

QUAL. Lactescens; acris.

VIRT. Drastico-cathartica; errhina; corrodens; vesicans.

USUS *externus:* Tinea; verruca; clavus; serpigo; odontalgia.

DOSIS succi inspissati gr. viij-xii-ʒj.

EUPHORBIA PARVIFLORA. Herba.

CL. & O. *præced.* *Ind. occident.*

QUAL.

VIRT. Antisyphilitica?

USUS decocti: Syphilis.

EUPHRASIA OFFICINALIS. Herba.

CL. *Didyn.* O. *Angiosp.* *Annua in collibus siccis, sterilibus.*

OF. *Euphrasia.* IT. *Eufragia.* G. *Euphraise.* A. *Common eye-bright.*

QUAL. Pinguis; amaricans.

VIRT?

USUS

USUS. Ophthalmia.

EXCOECARIA AGALLOCHA. Lignum.

OF. *Agallochum verum. Vide Alöexilum verum.*

F

FAGARA OCTANDRA. Resina sponte, vel incisione corticis, exsudans (JACQUIN).

CL. *Tetrand.* O. *Monog.* *Arborea; insula Curaçao.*

IT. *Taccamacca.*

QUAL. Odor ambrosiacus.

USUS. Ad suffimigia.

Vide etiam *Populus balsamifera.*

FACARA PTEROTA. Baccæ.

CL. & O. *præced.* *Arborea; Jamaic.*

IT. *Fagara delle Filippine.*

QUAL. *Subacris; aromatica.*

VIRT. Calefaciens; stomachica.

USUS.

FERULA ASSA FŒTIDA. Succus gummi-resinosus, incisione radicis plantæ obtentus, concretus.

CL. *Pentand.* O. *Digyn.* *Perennis; Persia.*

OF. *Assa fœtida; gummi assa fœtida.* IT. *Assa fetida.* G. *Assa fœtida.* GE. *Teufelsdreck; stinkender assaud.* A. *Assa fœtida.*

QUAL. In oleo volatili & principio resinoso residens; sapor acris, aromaticus, nauseosus; odor alliaceus. Gummi-resina ex $\frac{2}{3}$ gummi & $\frac{1}{3}$ resinæ constans.

VIRT.

VIRT. Stimulans; antispasmodica; anthelminthica; carminativa; menagoga; deobstruens; resolvens.

USUS *internus* & *externus* forma pilularum, tincturæ, enematis, emplastri: Hysteria; convulsio; cardialgia spasmodica; colica flatulenta; tympanitis; asthma spasmodicum; pertussis; physconia abdominalis; vermes: paronychia; bubo; caries.

DOSIS *pulveris*: Gran. x-xl-lx. *Tinctura*: gutt. x-xxx-ʒij.

PRÆP. Tinctura; emplastrum; pilulæ.

FEVILLEA TRILOBATA.

VIRT. Morsura serpentum.

FICUS CARICA. Fructus.

CL. *Polyg.* O. *Diœc.* *Arborea*; *Europ. austr.*

OF. *Carica pinguis*; *ficus*. IT. *Fico*. G. *Figues*. GE. *Feigen*. A. *Common figue-tree*.

QUAL. Dulcis; mucilaginosa.

VIRT. Nutriens; emolliens; maturans; obtundens; expectorans; eccoprotica; herpetica?

USUS *decocti internus*: Raucedo; tussis; colica pictonum; obstipatio. *Externus* in lacte decocti, vel assati fructus forma cataplasmatis: Odontalgia; phlegmone; cynanche; bubo; anthrax.

FICUS INDICA. Substantia gummi-resinosa punctura insecti ex arbore exsudans; ejusque nidum constituens.

——RELIGIOSA.

CL. & O. *præced.* *Arborea*; *Ind. orient.*

OF. *Gummi-lacca in* granis. Igne fusa: *Gummi-lacca in* tabulis *dicta*. IT. *Lacca*. Vid. Coccus.

QUAL.

QUAL.

VIRT. Adstringens.

USUS *externus* tincturæ: Laxitas gingivarum: Item ad ceram sigillatoriam conficiendam.

FRAGARIA VESCA. Radix; herba; fructus recens.

CL. *Icosand.* O. *Polyg.* *Perennis.*

OF. *Fragaria; fraga.* IT. *Fragaria, e Fragole.* G. *Fraisier ordinarie s. Fragaire: fraises.* GE. *Erdbeeren.* A. *Strawbery.*

QUAL. *Radicis & herbæ:* Subadstringens; *fructus:* Sapor acidulo-dulcis; odor fragrans.

VIRT. Diuretica; eccoprotica; refrigerans.

USUS.

FRAXINUS EXCELSIOR. Cortex ramulorum; semen; folia.

CL. *Polyg.* O. *Diec.* *Arborea.*

OF. *Cortex fraxini.* IT. *Frassino.* G. *Ecorce du fresne ordinaire.* GE. *Eschenrinde.* A. *Common ash.*

QUAL. *Corticis:* Sapor amaricans: *Seminum:* aromaticus.

VIRT. *Corticis:* Antiseptica. *Seminum:* Diuretica, aphrodisiaca?

USUS *corticis*, loco cinchonæ officinalis: intermittentes. *Seminum:* Lithiasis? Polysarcia? *Foliorum:* Morsura serpentum?

FRAXINUS ROTUNDIFOLIA. Aliæque SPECIES.) Succus saccharinus ex arbore exsudans.

CL. & O. *praeced.* *Arborea; Europ. austr.*

OF.

OF. *Manna*. IT. *Manna in Cannuoli*. G. *Manne*. GE. *Manna*. A. *Manna*.

QUAL. In principio saccharino mucilaginoso residens; sapor nauseoso-dulcis.

VIRT. Eccoprotica.

USUS. Obstipatio.

DOS. Unc-j. Infantibus drach. j-iij.

FUCUS VESICULOSUS. Cineres.

CL. *Crypteg.* O. *Algæ*.

OF. *Quercus marina; athiops vegetabilis*. IT. *Fuco marino*. GE. *Varec*.

QUAL. Salina; alkalina.

USUS *Calcinati*: Bronchocele; scrophula.

DOS. Drach. j. bis de die.

FUMARIA BULBOSA. Radix.

CL. *Dianelph.* O. *Hexand.* *Perennis; in umbrosis.*

Variet. A. Radice cava. B. Radice non cava.

OF. *Aristolochia cava, s. fabacea*. IT. *Capno*. GE. *Runde hohl-wurzel*. A. *Hollow-rooted & solid-rooted bulbous fumitory*.

QUAL. Sapor amarus; debilior sequenti.

VIRT. Stomachica.

FUMARIA OFFICINALIS. Herba recens; succus.

CL. & O. *præced.* *Annua; in campis.*

OF. *Fumaria*. IT. *Fumosterno, Fumoterra, Fumaria*. G. *Fumeterre ordinaire*. GE. *Erdrauch; taubenknopf*. A. *Common fumitory*.

QUAL. Inodora; sapor pure & intense amarus.

VIRT.

VIRT. Stomachica; antacida.

USUS. Dyspepsia; morbi cutis; cachexia; physconia abdominalis.

DOS. *succi* herbæ recentis expressi unc. ij bis de die. *Extracti*: Drach. j-ij.

PRÆP. Extractum; conserva; syrupus; tinctura.

G

GALEGA OFFICINALIS. Herba.

CL. *Diadelph. O. Decand.* *Perennis; Europ. nostr.*

OF. *Galega*. IT. *Galega, Ruta Capraria, o Lavanese*. GE. *Geisraute; pestilenzkraut*. A. *Blue & red galega or goat's rue*.

QUAL. Sapor amaricans, mucilaginosus, subaromaticus.

VIRT.

USUS.

GALIUM APARINE. Succus ex herba, primo vere collecta, expressus.

CL. *Tetrand. O. Monog.*

OF. *Aparine*. IT. *Speronella*. G. *Gaillet crochant; grateron*. A. *Goosegrass*. H. *Amor de hortulano*.

QUAL. Sapor adstringens.

VIRT?

USUS. Scrophula; morbi cutanei?

DOS. Unc. IV bis de die.

GALIUM MOLLUGO. Herba cum floribus.

CL. *et O. præced.* *Perennis.*

OF. *Galium album*. IT. *Gallio volgare*. A. *Great ladies bed-straw*.

QUAL.

QUAL.

VIRT ?

USUS *succi expressi*: Epilepsia.

DOS.: Unc. v-vj mane jejuno stomacho.

GALIUM VERUM. Herba cum floribus, sem coma.

CL. *et* O. *praed.* *Perennis; in pratis & muris antiquis.*

OF. *Galium luteum.* IT. *Gallio.* G. *Caillet vrai; caille lait.* GE. *Waldstroh; Bettstroh.* A. *Yellow ladies bedstraw.* H. *Galio derdadero; cuajaleche.*

QUAL. *Recentis*: Odor fragrans; sapor adstringens.

VIRT. Coagulans lac.

USUS. Epilepsia; hæmaturia; hysteria.

GARCINIA MANGOSTANA. Cortex; capsulæ; medulla.

CL. *Dodecandr.* O. *Monog.* *Arborea; Ind. orient.*

OF. *Mangostana cortex.* A. *Breadfruit-tree.*

QUAL. *Styptica. Medullæ*: Farinacea.

USUS *infusi vel tinctura cort.*: Dysenteria; tenesmus; aphtha.

GENISTA CANARIENSIS. Radix lignosa.

An lignum Rhodium?

CL. *Diadelph.* O. *Decand.* *Arborea; insulæ Canariensis.*

IT. *Ginestra delle Canarie.* A. *Canary genista, or cytisus.*

QUAL. Odor fragrans, roseus; sapor subamarus, resinosus.

VIRT. Sudorifica.

USUS.

PRÆP. Oleum volatile.

GENISTA TINCTORIA. Herba; flores; semen.

CL. & O. *præced.* *Fruticosa.*

IT. *Ginnestra.*

QUAL. Luteo-tinctoria, inodora, insipida.

VIRT.

USUS. Hydrops.

GENTIANA AMARELLA. Herba.

CL. *Pentand.* O. *Digyn.* *Perennis; alpina.*

OF. *Gentianella.* IT. *Genzianella Volg. Pettimborsa.* GE. *Hoher Himmelsstengel; herbstenzian.* A. *Autumnal gentian.*

QUAL. Sapor intense amarus.

VIRT. Stomachica; anthelminthica.

USUS.

GENTIANA ASCLEPIADEA. Radix.

A. *Swallewwort-leaved gentian.*

QUAL. & VIRT. Eadem ac præced.

USUS idem.

GENTIANA CRUCIATA. Radix.

IT. *Genziana cruciata.* A. *Crosswort gentian.*

QUAL. & VIRT. Eadem ac præced.

GENTIANA CENTAUREUM. Herba; cacumen.

CL. & O. *præced.*

OF. *Centaurium minus.* IT. *Centaurea minore, o Biondella.* G. *Petite centaurée.* GE. *Tausendguldenkraut; Fieberkrau.* A. *Centaury gentian or lesser centaury.* H. *Gentiana centaura.*

QUAL.

QUAL. & VIRT. Eadem ac sequentis.

PRÆP. Extractum.

DOSIS. Scrup. j-drach. j.

GENTIANA LUTEA. Radix.

CL. & O. *præced.* *Perennis; alpina.*

OF. *Gentiana rubra.* IT. *Genziana maggiore.* G. *Gentiane.* GE. *Rother enzian.* A. *Yellow gentian.*

QUAL. Intense & pure amara.

VIRT. Stomachica; antiseptica; anthelminthica.

USUS *extracti*: Dyspepsia; Icterus; intermittentes; physconia abdominal.; leucophlegmatia; chlorosis; podagra; vermes.

PRÆP. Extractum; infusum aquosum vel vinosum.

DOSIS. ℈j-ʒj.

GENTIANA PURPUREA. Radix.

CL. & O. *præced.* *Norwegica.*

NORWEGIS: *Skorsite.* OF. *Radix cursuta.* A. *Pueple gentian.*

QUAL. VIRT. & USUS. Præced.

GEOFFROYA INERMIS (HORT. KEW.) Cortex.

CL. *Diadelph.* O. *Decand.* *Arborea; Jamaic.*

IT. *Geoffroea della Giammaica.* GE. *Kohlbaum-rinde.* A. *Smooth Geoffroya or bastard cabbage-tree.*

QUAL. Odor nauseosus; sapor nauseoso-dulcis.

VIRT. Drastico-cathartica; emetica; anthelminthica.

USUS *decocti*:

DOS. *pulveris corticis*: Unc. j ad ℔ij aquæ coctæ ad ℔jß.- Sumendo unc. j omni hora, donec alvum movere incipiat.

GEOFFROYA SURINAMENSIS. Cortex.
Surinam.

IT. *Geoffroea del Surinam.*

QUAL.

VIRT. Anthelminthica efficax, ubi alia fefellerunt.

USUS idem ac præced.

DOS. Drach. iij ad aquæ colat. ℥ viij pro adulto; minuendo pro junioribus.

GERANIUM MOSCATUM. Herba.

CL. *Monadelph. O. Decand.* *Annua.*

IT. *Aco moscato, o de' Pastori; Geranio.*

QUAL. Odor ambrosiacus, moschatus.

VIRT.

USUS.

GERANIUM ROBERTIANUM. Herba.

IT. *Geranio Roberziano.* G. *Herbe à Robert.* A. *Stinking crane-bill or herb Robert.*

QUAL. Odor hircinus; sapor salsus, substypticus.

VIRT. Subadstringens; lactifuga?

USUS. Hæmaturia: profluvia. *Externus*: Bubo; ulcera vulvæ aut mammarum; Rhagas.

GEUM RIVALE. Radix.

CL. *Icosand. O. Polyg.* *Perennis; in locis humidis, nemorosis.*

OF. *Geum rivale, seu palustre.* IT. *Geo.* G. *Benoite aquatique.* GE. *Wasser-benedikten-wurzel.* A. *Water-avens.*

QUAL. Præstans: sapor amaricans, substypticus.

VIRT.

VIRT. Adstringens.

USUS *pulveris radicis extern.* Ulcera syphilitica.

Internus: Diarrhœa atonica; chlorosis, intermittentes.

DOS. *pulveris*: Scrup. ij drach j. Pro *decocto* unc. ß ad ℔ j aquæ.

GEUM URBANUM. Radix; fibræ radicis (primo vere ex solo sicco colligendæ).

CL. *et* O. *præced.* *Perennis; in locis umbrosis, nemorosis.*

OT. *Radix caryophyllata* S. *gei urbani.* IT. *Gariofillata.* G. *Benoite caryophyllée.* GE. *Benediktenwurzel.* A. *Common avens or herb bennet.* H. *Geo domestico.*

QUAL. In principio adstringente cum *pauco oleo volatili residens; sapor subaromaticus*, amaricans; odor fragrans caryophylli.

VIRT. Roborans; antiseptica; cinchonæ virtutes æmulans.

USUS. Egregius, loco cinchonæ: Intermittentes rebelles; febres atonicæ; dyspepsia; diarrhæa; amenorrhæa atonica; chlorosis.

DOS. *pulveris*: Drach. j cum melle vel syrupo corticis aurantii. *Decocti aut melius infusi*: Unc. j ad ℔ j aquæ.

PRÆP. Extractum; tinctura *dosi* ℥ß ter, quaterve, tempore apyrexiæ.

GLADIOLUS COMMUNIS. Radix.

Variet.: A. Flore rubro. B. Flore incarnato, C. Flore albo.

CL. *Triand.* O. *Monog.* *In locis nemorosis.*

OF. *Radix victorialis rotunda*. IT. *Ghiaggiovolo*. GL. *Allermannharnisch*. A. *Cornflag*.

QUAL.

VIRT. Aphrodisiaca?

USUS.

GLECOMA HEDERACEA. Herba.

CL. *Didyn.* O. *Gymnosp.* *Perennis*.

OF. *Hedera terrestris*. IT. *Ellera, o Edera terrestre*. G. *Lierre terrestre*. GE. *Gundelreben; gundermann; erdepheu*. A. *Groundivy*. H. *Yedra terrestre*.

QUAL. Sapor amaricans, subacris.

VIRT. Ezpectorans; roborans.

USUS *infusi cum lacte vel aqua*: Catarrhus atonicus; tabes ulcerosa.

GLOBULARIA ALYPUM. Folia.

CL. *Tetrandr.* O. *Monog.* *Suffrutex; Europ. austr.; in sylvis saxosis*.

OF. *Globularia*. IT. *Alipio*.

QUAL. Sapor amarus.

VIRT.

USUS. Intermittentes; obstipatio.

GLYCYRRHIZA GLABRA.) Radix; succus
——————— ECCHINATA.) radicis expressus, & inspissatus.

CL. *Diadelph.* O. *Decand.* *Perennis; Europ. austr.*

OF. *Liquiritia; glycyrrhiza*. IT. *Regolizia, o Liquirizia*. G. *Réglisse*. GE. *Süssholz*. A. *Common liquorice & prickley*

ckley, headed liquorice. H. *Regaliz; orozuz; palo dulce.*

QUAL. In principio mucilaginoso-saccharino residens; sapor dulcis, subacris, amaricans.

VIRT. Demulcens; expectorans.

USUS *in infuso* cum aliis. — *Succi:* Catarrhus; paraphonia; stranguria.

PRÆP. Succus inspissatus *vulgo* extractum.

GNAPHALIUM ARENARIUM. Flores.

CL. *Syng.* O. *Polyg. superfl. Perennis; in collibus sterilibus;*

OF. *Stæchas citrina.* IT. *Stecade.* GE. *Reinblumen.* A. *Everlasting.*

QUAL. Odor suaveolens, moschum quodammodo referens; sapor aromaticus, substypticus,

VIRT.

USUS.

GNAPHALIUM DIOICUM. Flores.

OF. *Pescati.* A. *Mountain everlasting or cudweed.*

QUAL. Substyptica.

VIRT. Eadem ac præced.

GOSSYPIUM HERBACEUM.) Lana semen circumdans.
Aliæque SPECIES.

CL. *Monadelph.* O. *Decandr.* *Ind. orient. & eccident.*

OF. *Gossypium seu bombax.* IT. *Bambagia, o Cotone.* G. *Coton.* GE. *Baumwolle.* A. *Common Cotton.*

QUAL.

VIRT. Mechanica.

USUS.

GRATIOLA OFFICINALIS. Herba cum floribus.

CL. *Dinnd.* O. *Monog.* *Perennis; in pratis humidis, paludosis.*

OF. *Gratiola.* IT. *Grazia Dei, graziola, o stanca cavallo.* G. *Gratiole.* GE. *Wilderaurin; erdgalle.* A. *Hedge hyssop.* H. *Graciola officinal.*

QUAL. In principio extractivo residens; odor nauseosus; sapor intense amarus, nauseosus.

VIRT. Emetica; drastico-cathartica; anthelminthica.

USUS. *Mania; ascites;* vermes; syphilis? ulcera phagedænica.

DOS. Pulveris initio drach. ß bis die; dein gr. x-xv ter de die *In infuso* drach. iij ad ℔j aquæ.

GUAJACUM OFFICINALE. Lignum; cortex ligni;

succus gummi-resinosus ex arbore exsudans; concretus.

CL. *Decand.* O. *Monog.* *Arborea; Ind. occident.*

OF. *Lignum guajacum* s. *lignum sanctum: Gummi guajacum; resina guajaci.* IT. *Legno Santo, o Guajacano.* G. *Gayac; gomme guajac.* GE. *Guajakholz; franzosen-holz; guajak gummi; guajak harz.* A. *Officinal guajacum, or lignum vitæ: gum guajac.* H. *Guajaco officinal.*

QUAL. *Cort. & ligni:* Sapor amaricans, subacris. *Gummi-resinæ:* Sapor acris, pungens.

VIRT. Præstans: stimulans; sudorifica; alterans. *Extracti* errhina.

USUS. Syphilis; arthritis vaga; arthrodynia rheumatica & arthritica; morbi pulmonum atonici; leucorrhœa; morbi cutanei; podagra atonica, retrocedens.

DOS.

DOS. *Ligni vasi vel corticis ligni*: In decocto unc. j ad ℔ij aquæ coct. ad colat. ℞j. *Gummi resinæ*: Gran. x-xx. drach. j forma pulveris, vel in alcohole diluto soluta.

PRÆP. Gummi-resina; extractum; tinctura; oleum volatile.

GUAJACUM SANCTUM.

VIRT. Eadem ac guajaci officinalis.

GUILANDINA MORINGA. Lignum; fructus; oleum fructus.

CL. *Decand.* O. *Monog.* *Arborea*; *Afric.* & *Ind. orient.*

An lignum nephriticum & oleum Behen ex hac planta proveniunt?

OF. *Lignum nephriticum*: *Nuces behen s. been s. balani myristicæ s. glandes unguentariæ*. IT. *Legno Palo*, o *Nefritico*, Noti, ed Olio di Ben. GR. *Griesholz*: *Been-nüsse*. A. *Smooth bonduc.*

QUAL. *Ligni*: Flavo-palescens; cæruleo-tingens; sapor subacris, amaricans.

VIRT. *Fructus*: Mucilaginosa, oleosa. *Olei fructus*: Pinguis, tardissime rancescens.

USUS *ligni*: Nephritis calculosa? Psora.

PRÆP. Tinctura; oleum fixum *Behen* dictum.

GUMMI-RESINÆ. Seu extractivo-resinæ.

GUMMI-RESINA ALOES.

Vide Aloë perfoliata.

N. B. Aloë *socotrina*, maxima parte principio extractivo, & pauco solum resinoso; *hepatica* anatica fere portione horum principiorum constat.

GUM-

GUMMI-RESINA AMMONIACUM. Obscura; An umbellifera? Ægypt.

OF. *Gummi ammoniacum*. IT. *Gomm' Ammonia*, o *Ammoniaco*. G. *Gomme ammoniac*. GE. *Ammoniak-gummi*. A. *Gum-ammoniac*.

QUAL. Odor alliaceus, ingratus; sapor nauseosus, amarus, acris.

VIRT. Stimulans; antispasmodica; expectorans; deobstruens; *extern.* resolvens.

USUS *internus*: Asthma; expectoratio difficilis; physconia abdominalis. *Externus*: Aceto *scillitico* soluta forma emplastri & unguenti: Lupia; tumores articulorum frigidi; hydarthrus.

N. B. Hoc medicamentum tumore genu dolentissimo (arthritico) affectus in me ipso primus tentavi, ejusque usu pedem ab amputatione servavi; inde hoc scopo in praxin medicam introductum fuit Londini.

DOS. Scrup. j-ij-iij.

PRÆP. *Pilulæ*; emulsio; solutio in aceto scillæ maritimæ; emplastrum.

GUMMI-RESINA ASSÆ FŒTIDÆ.

Vide Ferula assa fœtida.

GUMMI-RESINA BDELLIUM. Obscura. *Arab.*; *Afric.*

IT. *Bdellio*.

QUAL. Odor fragrans; sapor amarus.

VIRT. Stimulans; deobstruens; resolvens; maturans.

USUS *externus*: Forma emplastri vel unguenti.

GUM-

GUMMI-RESINA CAMBOGIÆ.

Vide Cambogia gutta.

IT. *Gommagotta*.

N. B. Ex stalagmite cambogioide, cambogia gutta, guttæfera vera, hyperico baccifero, aut pneumonanthis specie promiscue desumi creditur.

GUMMI-RESINA CARANNA. Obscura.

An palmæ species? *Amer. merid.*

OF. *Caranna gummi*. IT. *Caranna*.

QUAL.

VIRT. Stimulans; resolvens; maturans.

USUS *externus*: Tumores frigidi.

GUMMI-RESINA CATECHU.

Vide Mimosa Catechu.

OF. *Terra Japonica; succus Japonicus; catechu*.

GUMMI-RESINA EUPHORBIÆ.

Vide Euphorbia officinalis.

GUMMI-RESINA GALBANUM.

Vide Bubon galbanum.

GUMMI-RESINA GALDA. Obscura.

OF. *Gummi galda*. IT. *Gomma galda*.

QUAL. Odor & sapor resinæ amyr. elemiferæ.

VIRT. Stimulans; expectorans; resolvens.

USUS.

GUMMI-RESINA GUAJACI.

Vide

Vide Guajacum officinale.

GUMMI RESINA HEDERAE.

Vide Hedera helix.

GUMMI-RESINA JUNIPERI.

Vide Juniperus lycia.

OF. *Olibanum*, *Thus*.

GUMMI-RESINA KIKEKUNEMALO. Obscura.

OF. *Kikekunemalo gummi*. IT. *Kikekunemalo*.

QUAL. Sapor subacris, resinosus.

VIRT. Antispasmodica; nervina; resolvens.

USUS.

GUMMI-RESINA KINO. Obscura.

Africana.

OF. *Gummi Kino* s. *gummi rubrum Gambiense*. IT. *Gomma astringente*, *o Kino*.

QUAL. Eximia: styptica; extractivo-resinosa.

VIRT. Adstringens; roborans; antiseptica.

USUS *pulv. vel infusi intern. & extern.*: Hæmorrhagiæ; hæmorrhoeæ; blenorrhoea; diatrhoea. *Amaris juncta*: Intermittentes.

DOS. *pulv.* ℈j-jß. pro infuso ℥ß ad ℔j aquæ, cujus unc. ij-iij ter quaterve de die.

PRÆP. Tinctura cum alcohole diluto parata ℥ß pro dosi.

GUMMI-RESINA LACCA.

Vide Ficus indica. *Ind. orient.*

OF. *Gummi Lacca*.

GUM-

GUMMI-RESINA LOOK. Obscura.

OF. *Look gummi*. IT. *Gomma Look*.

QUAL. Potissimum resinosa.

VIRT. Stimulans; resolvens.

USUS.

GUMMI-RESINA LUTEA. Obscura.

Nova Hollandia.

IT. *Resina gialla del nuovo Belgio*.

QUAL.

VIRT.

USUS. Dysenteria; alvi profluvia.

GUMMI-RESINA MYRRHA. Obscura.

Vide Laurus myrrha.

Arborea; Littoris merid. & orient. maris rubri.

An Mimosæ, an lauri species?

OF. *Myrrha; gummi myrrha*. IT. *Mirra*. G. *Gomme myrrhe*. GE. *Myrrhen*. A. *Myrrha*.

QUAL. Sapor aromaticus, intense amarus, subactis.

VIRT. Stomachica; stimulans; menagoga.

USUS *internus* Myrrhæ masticatæ vel solutæ in alcohole diluto: Dyspepsia; hysteria; asthma pituitosum; catarrhus; amenorrhœa atonica. *Externus*: Caries; ulcus; fistula; gangræna; cynanche atonica; laxitas gingivarum; aphtha.

DOS. Gran. x-℥ij.

PRÆP. Tinctura. Drach. ℥-j pro dosi.

GUMMI-RESINA OLAMPI. Obscura.

Americ.

OF.

OF. *Olampi gummi*. IT. *Gomma Olampi*.

QUAL.

VIRT.

USUS.

GUMMI-RESINA OPOPANACIS.

Vide Pastinaca opopanax.

GUMMI-RESINA PAPAVERIS.

Vide Papaver somniferum.

OF. *Opium* — VETERIBUS *Lachryma papaveris*.

GUMMI-RESINA RAKASIRA. Obscura.

An balsamum?

OF. *Rakasira balsamum*. IT. *Balsamo Rackasira*.

QUAL. Sapor subamarus, balsamicus.

GUMMI-RESINA SAGAPENUM. Obscura.

Africana.

OF. *Gummi sagapenum* s. *serapinum*. IT. *Sagapeno*.

QUAL. Odor alliaceus, ingratus; sapor acris; nauseosus; amaricans.

VIRT. Stimulans; nervina; antispasmodica; menagoga; deobstruens; resolvens.

USUS. Hysteria; amenorrhœa atonica; tumores frigidi; physconia abdominalis. Forma pulveris vel solutionis in alcohole diluto.

DOS. Gran. x-xx-xxx.

GUMMI-RESINA SARCOCOLLA.

An ex Penea sarcocolla? *Vide* Penea.

OF. *Gummi sarcocollæ*.

QUAL. Sapor nauseosus, amaro-dulcis, actis.

GUTTÆFERA VERA. (KOENIG). Succus gummi-resinosus, ex cortice trunci aut ex foliis & ramulis fractis promanans (*vulgo* gummi-gutta dictus).

Arborea; Siamensis; Zeylanica.

OF. *Gummi-gutta* s. *gummi gambogia*.

N. B. Vide etiam Hypericum & Cambogia.

GYPSOPHILA STRUTHIUM. Radix.

CL. *Decand.* O. *Digyn.*

IT. *Struccio?*

QUAL. Saponacea.

H

HÆMATOXYLUM CAMPECHIANUM. Lignum.

CL. *Decand.* O. *Monog.* *Arborea; Amer. merid.*

OF. *Lignum campechianum* s. *Campechense*. IT. *Legno Campece, o Legno d' India*. G. *Bois de campêche*. GE. *Kampesch-holz; blauholz*. A. *Log-wood*.

QUAL. Tinctoria; sapor stypticus.

VIRT. Roborans; adstringens.

USUS *decocti vel extracti*: Diarrhœa; sub finem dysenteriæ.

DOS. Unc. ij ad ℔ij aquæ coctæ ad ℔j.

PRÆP. Extractum gran. x-xl pro dosi.

HEDERA HELIX. Folia; baccæ; succus gummi-resinosus incisione corticis obtentus, concretus;

CL.

CL. *Pentand.* O. *Monog.* *Fruticosa.*

OF. *Hedera arborea; gummi hedera.* IT. *Edera; Foglie, Bacche, Gomma d'Edera.* GE. *Epheu; Eppich; immergrün: Epheuharz.* A. *Common Ivy.*

QUAL. *foliorum:* Sapor amarus, stypticus, nauseosus. *Baccarum:* Sapor amarus, acidus. *Gummi-resina:* Odor & sapor leviter aromaticus.

VIRT.

USUS *infusi foliorum:* Atrophia infantum; Rhachitis; ozæna; ulcera; epiphora, fonticuli.

HEDYOTIS AURICULARIA. Herba.

CL. *Tetrand.* O. *Monog.* *Frutic. Zylonica.*

IT. *Valerianella?*

QUAL. Odor fragrans.

VIRT.

USUS. Cophosis.

HELLEBORUS FOETIDUS. *Herba; folia;* succus expressus.

CL. *Polyand.* O. *Polyg.* *Perennis; Europ. austr.*

OF. *Helleborus fœtidus s. helleborastrum.* IT. *Elleboro fetido, Elleborastro; Piede di Griffone.* GE. *Stinkende Niesswurzel.* A. *Fœtid Hellebore or bears foot.*

QUAL. Præstans: Odor teter; sapor acris, amaricans, nauseosus.

VIRT. Emetica; cathartica; anthelminthica; deobstruens.

USUS *succi vel pulv. foliorum:* Asthma pituitosum; hypochondriasis; hysteria; physconia abdomin.; vermes.

DOSIS.

HEL-

HELLEBORUS NIGER. Fibræ radicis.

